# Plauti comici feſtiuiſſ. Menæchmi.

## Argumentum.

MErcator ſiculus cui erant gemini filii
Ei ſubrepto altero: mors obtigit.
Nomen ſubrepti illi indit: qui domi eſt
Auos paternus. fecit menæchmum ſoſidem.
Et is germanum poſtquam doleuit quæritat.
Hic fuerat auitus: ille ſubrepticius.
Menæchmum omnes ciuem credunt aduenam:
Eumq; appellant meretrix. vxor. & ſocer.
Ii ſe cognoſcunt fratres poſtremo inuicem.

## Prologus.

SAlutem primum iam a principio propiciam
Mihi atq; vobis ſpectatores nuncio.
Adporto vobis plautum lingua non manu.
Quæſo vt benignis accipiatis auribus.
Nunc argumentum accipite: atq; animum aduortite.
Quam potero in verba conferam pauciſſima.
Atq; hoc poetę faciunt in comœdiis:
Omnis res geſtas eſſe athenis autumant:
Quo illuc vobis græcum videatur magis.
Ego nuſquam dicam: niſi vbi factum dicitur.
Atq; adeo hoc argumentum græciſſat tamen:
Non atticiſſat: verum ſiciliſſat.
Huic argumento elogium hoc fuit.
Nunc argumentum vobis demenſum dabo
Non modio neq; trimodio: verum ipſo horreo:
Tanta ad narrandum argumentum adeſt benignitas.
Mercator quidam fuit ſyracuſis ſenex.
Ei ſunt nati filii duo gemini
Ita forma ſimili pueri: vt mater ſua
Non internoſſe poſſet: quæ mammam dabat.
Neq; adeo mater ipſa: quæ illos pepererat:
Vt quidem ille mihi dixit: qui pueros viderat.
Poſtquam iam pueri ſeptuennes ſunt: pater
Onerauit nauem magnam multis mercibus.
Imponit geminum alterum in nauem pater.
Tarentum auexit ſecum ad mercatum ſimul.
Illum reliquit alterum apud matrem domi.

Tarenti ludi forte erent: quom illuc venit.
Morrales multi vt ad ludos conuenerant.
Puer inter homines aberrauit a patre.
Epidamnenſis quidam ibi mercator fuit.
Is puerum tollit: auehitq; epidamnum.
Pater eius poſtquam puerum perdidit:
Animum deſpondit. atq; is ægritudine
Paucis diebus poſt tarenti eſt mortuus.
Poſtquam ſyracuſas de ea re rediit nuncius
Ad auom puerorũ: puerum ſubductũ alterũ
Patremq; pueri tarenti eſſe mortuum:
Immutat nomen auos huic gemino alteri.
Ita illum dilexit: qui ſubreptus eſt alterum.
Illius nomen indit illi: qui domi eſt.
Menęchmo idem quod alteri nomen fuit:
Et ipſius eodem eſt vocatus nomine.
Propterea illius nomen memini facilius:
Quia illum clamore vidi flagitarier.
Ne mox erretis: iam nunc pręd ico prius.
Idem eſt ambobus nomẽ geminis fratribus.
Nunc in epidamnum pedibus redeundum eſt mihi:
Vt hanc rem vobis examuſſim diſputem.
Siquis quid veſtrum epidamnum curari ſibi velit:
Audacter imperator: & dicito: ſed ita
Vt det: vnde curari id poſſit ſibi.
Nam ſi qui non argentum dederit: nugas egerit.
Nam ſi qui dederit: magis maiores nugas egerit.
Verum illuc redeo vnde abii: atq; vno adſto in loco.
Epidamnenſis ille quem dudum dixeram:
Geminum illum puerum: qui ſubripuit alterum
Ei liberorum: niſi diuitiæ: nihil erat.
Adoptat illum puerum ſubrepticium
Sibi filium: eiq; vrorem dotatam dedit.
Eumq; hęredem fecit: quom ipſe obiit diem.
Nam rus vt ibat: forte vt multum pluerat:
Ingreſſus fluuium rapidum ab vrbe haud longule
Rapide raptori pueri ſubduxit fides:
Abſtraxitq; hominem in maximam malam crucem.
Illi diuitiæ euenere maxumæ.

Iſtic habitat geminus ſubrepticius.
Nunc ille germanus qui ſyracuſis habet:
Hodie in epidamnum venit cum ſeruo ſuo
Hunc quæritatum geminum germanū ſuū.
Hęc vrbs epidānus eſt:dū hæc agitur fabula.
Quando alia agetur: aliud fiet oppidum.
Sicut familię quoq; ſolent mutari modo.

Peniculus Paraſitus.

IVuentus nomen fecit peniculo mihi:
Ideo quia menſam quādo edo detergeo.
Homines captiuos qui catenis vinciunt:
Et qui fugitiuis ſeruis indunt compedes:
Nimis ſtulte faciunt mea quidem ſententia.
Nam homini miſero ſi ad malū accedit malū:
Maior libido eſt fugere: & facere nequiter.
Nam ſi ex catenis eximunt aliquo modo:
Cum compediti ianuam lima proterunt:
Aut lapide excutiunt clauum.nugę ſunt hæ.
Quem tu aſſeruare recte ne aufugiat voles:
Eſca atq; potione vinciri debet.
Apud menſam plenā homini roſtrū deliges:
Dū tu illi quod edat : & quod potet prębeas
Suo arbitratu affatim cotidie.
Nunquam ædepol te fugiet : tam & ſi capital fecerit
Facile aſſeruabis: dum eo vinclo vincies.
Ita iſtæc nimis lenta vincla ſunt eſcaria.
Quam magis extendas:tanto aſtringant arctius.
Nam ego ad menæchmum hunc eo: cui iam diu
Sum iudicatus:vltro eo vt me vinciat.
Nam illic homo homines non alit:
Verum educat recte:atq; nullus melius
Medicinā facit: ita eſt adoleſcens ipſius eſcæ maximæ
Cerealis cœnas dat. ita menſam extruit
Tantas ſtrucies concinnat patinarias.
Standum eſt in lecto:ſi quid ſe ſummo petas.
Sed mihi interuallum iam hos dies multos fuit.
Domi domitus ſum vſq; cum caris meis
Neq; edo neq; emo: niſi quod eſt cariſſimum.
Id quoq; iam chari qui inſtruuntur deſerunt.

Nunc ad eum inuiſo.ſed aperitur oſtium.
Menæchmum eccum ipſum video progreditur foras.

Menæchmus Adoleſcens Peniculus Paraſitus.

NI mala.ni ſtulta:ni idonita.ipoſqꝫ animi: quod viro eſſe odio
Vides:tu te tibi odio habeas.p̄ter hac ſil'e tale ſi poſt hūc diez
Faxis:faxo foris vidua viſas patrem.nam quoties ire volo:
Me reties.reuocas.rogitas:q̄ ego eā.q̄ꝫ rē agā.qd negocii geritur.
Quid detur.quid feram.quid ſoris egerim.
Portitorem domum duxi:ita omnem mihi rez neceſſe eſt loqui:
Quicquid egi: atqꝫ ago.nimium ego te habui delicatā.nūc adeo
Vt facturus dicam.quando tibi ego ancillas:penum:lanam:aurū:
Veſtē purpuram bene præbeo: nec quicquā eges: malo cauebis
Si ſapis.viꝝ obſeruare deſines:atqꝫ adeo me neqcq̄ꝫ ſerues ob eā
Induſtriā hodie ducā ſcortū ad cœnam: atqꝫ aliquo cōducā foras.
Pe. Illic homo ſe vxori ſimulat male loqui:loquitur mihi.
Nam ſi foris cœnat:profecto me haud vxorem vlciſcitur.
Me. Euax iurgio hercle tandem vxorem abegi ab ianua.
Vbi ſunt amatores mariti:dona quid ceſſant mihi conferre oēs
Congratulātes? qa pugnaui fortiter hāc modo vxori intus pallaz
Subrupui.ad ſcortū fero.ſi hoc decet dari: facete v̄ba cuſtodicate.
Hoc facinꝰ pulchrū ē.hoc ꝓbū eſt.hoc lepidū ē.hoc fctm̄ ē fabre.
Meo malo a mala ſuſtuli.hoc ad damnum deferetur.
Auerti prędam ab hoſtibus noſtrum ſalute ſocium.
Pe. Heus adoleſcens ecqua mihi iſtac pars ineſt.
Me. Perii.in inſidias deueni.Pe.immo in præſidium.ne time.
Me.q̄s hō ē? Pe.ego ſū.Me.o mea cōmoditas o mea opportūitas
Salue.Pe.ſalue.Me.quid ais? Pe.teneo dextra genium meum.
Me. Non potuiſti magis per tempus mihi aduenire: q̄ꝫ aduenis.
Pe. Ita ego ſoleo.cōmoditatis oīs articl'os ſcio.Me. vin tu facinꝰ
Luculentū inſpicere? Pe.q̄s id coxit coquꝰ: iā ſciā ſi qd titubatū eſt:
Vbi reliqas videro.Me.dic mihi nūqd tu vidiſti tabulā pictā i piete:
Vbi aquila catamitum raperet:aut vbi venus adoneum?
Pe. Sæpe.ſed quid iſtę picturæ ad me attinēt.Me.age me aſpice.
Ecquid ē aſſimulabo ſil'iter.Pe.q iſtic eſt ornatꝰ tuꝰ? Me.dic hoīez
Lepidiſſimū eē me.Pe.vbi eſuri ſumꝰ.Me.dic mō qd ego te iubeo.
Pe. Dico homo lepidiſſime.Me.ecquid audes de tuo iſtuc adderē?
Pe. Atqꝫ hilariſſime.Me.perge.Pe.nō ꝑgo hercle:niſi ſcio q̄ grā
Litigium eſt tibi cum vxore.Me.hoc mihi abs te caueo cautius:
Clam vxorē vbi ſepulchrū habeamus: atqꝫ hūc cōburamus diē.

Pe. Age ſane igitur:quando æquum oras:ꝙ mox incēdo rogū?
Me. Dies quidem iam ad vmbilicum eſt dimidiatus mortuus.
Remorare mihi: quom obloquere. Pe. oculum effodito per ſolū
Mihi menęchme:ſi vllum verbum faxo:niſi quod iuſſeris.
Me. Concede huc a foribus.Pe.fiat.Me. concede huc.Pe.licet.
Me. Etiam nunc concede audacter ab leonino cauo.
Pe. Heu ædepol næ tu ego opinor eſſes agitator probus.
Me. Quid dum? Pe.ne te vxor ſequatur:reſpectas identidem.
Me. Sed q̄d agis? Pe.ego ne? id em̄ q̄d tu vis:id aio atq; id nego.
Me. En ecquid tu de odore poſſis:ſiquid forte olfeceris
Facere coniecturam:captum ſit collegiū:hanc quam ego habeo
Pallam quid olet?abſtines ſummum olfactare?
Pe. Agedum odorare oportet veſtimentum muliebre:
Ne ex iſtoc loco ſpurcatum naſum odore inlutibili.
Me. Olfacta igitur hinc penicule lepide. vt faſtidis.Pe. decet.
Me. Quid igitur? quod olet reſponde.Pe.furtū:ſcortū:prādiuȝ.
Me. Nunc ad amicam defertur hanc meretricem
Erotium.mihi tibi atq; illi iubeo iam apparari prandium.
Inde vſq; ad diurnam ſtellam criſtinam potabimus.
Pe. Expedi te fabulatus.iam fores ferio.Me.feri.
Vel mane etiam mille paſſum commoratus cantharum
Placide pulta.Pe.credo:ne fores ſamiæ ſient.
Me. Mane mane obſecro hercle.ab ſe ecca exit.Pe.o ſolem vide.
Statim vt occæcatus prę huius corporis candoribus.

Erotiū mulier Penicul⁹ paraſit⁹ Menæchm⁹ adoleſcēs.

ANie mi menæchme ſalue. quid ergo extra numerū es mihi?
Idem iſtuc aliis aſcriptiuis ad legionem fieri ſolet.
Me. Ego iſtuc mihi hodie apparari iuſſi apud te pręlium.
Hodie id feci: neq; vterq; pro illo potabimus.
Vter ibi melior bellator erit inuentus cantharo.
Tu es legio. adiudicato cum vtro hanc noctem ſies.
Vt ego vxorem mea voluptas vbi te aſpicio:odi male.
Er. Interim nequis quin eius aliquid indutus ſis.
Quid hoc eſt? Me.induuiæ tuæ atq; vxoris exuuiæ.o roſa
Superas facile:vt ſuperior ſis mihi:|quam quiſq; qui impetrat.
Pe. Meretrix tantiſper blanditur:dum illud quod rapiat:videt.
Nam ſi amabas:iam oportebat naſum abreptum mordicus.
Me. Suſtine hoc penicule.exuuias facere quam ſuauium volo.
Pe. Cedo.Me.ſed obſecro hercle ſalta ſic cum palla poſtea.

Pe. Ego ſaltabo? Me. ſanus hercle nõ es. Pe. ego ne an tu magis?
Me. Si non ſaltas: exi igitur. nimio ego hanc periculo
Subrupui hodie meo quidem animo. ab hippolyta ſubcingulum
Haud hercules æque magno vnquam abſtulit periculo.
Cape tibi hanc: quando vna viuis meis morigera moribus.
Pe. Hoc animo decet animatos eſſe amatores probos:
Qui quidem ad medicitatem ſe properent detrudere.
Me. Quattuor minis ego emi iſtanc anno vxori meę.
Pe. Quattuor minæ periere plane: vt ratio redditur.
Me. Scin quid volo ego te acurare? Er. ſcio. curabo quæ voles.
Me. Iube igitur nobis tribus apud te prandium accurarier
Glandionicam ſuillam. laridum. pernam itidem.
Aut ſinciput. aut polimenta porcina. aut aliquid ad eum modũ:
Madida quæ mihi appoſita in menſam miluinam ſuggerant:
Atq; actutum. Er. licet ecaſtor. Me. nos prodimus ad forum.
Iam hic nos erimus. dum coquitur: interim potabimus.
Er. Quando vis veni. prata res erit. Me. propera modo.
Sequere. Pe. ego hercle vero te & ſeruabo. & te ſequar.
Neq; hodie vt te perdam: meream deorum diuitias mihi.
Er. Euocate intus cylindrum mihi coquum actutum foras.

Erotium Meretrix Cylindrus coquus.

SPortulam cape atq; argentum. eccos tris nummos habes.
Cy. Habeo. Er. abi atq; obſoniũ affer: trib⁹ vide qđ ſit ſatis:
Neq; defiat: neq; ſuperſit. Cy. cuiuſmodi homines erunt?
Er. Ego & menęchmus. & paraſitus eius. Cy. iam iſti ſunt decẽ.
Nam paraſitus octo hominum munus facile fungitur.
Er. Elocuta ſum conuiuas: cæterum cura tu etiam.
Cy. Cocta ſũt. iube ire accubitũ. Er. & redi cito. Cy. iã ego hic ero.

Menæchmus aduena Meſſino ſeruus.

NVlla eſt voluptas nautis meſſinio maior
Meo animo: quam cum ex alto procul
Terram conſpiciunt. Meſ. maior non dicam dolo.
Quam ſi aduenieus terram videas quæ fuerit tua.
Sed quæſo quamobrem nunc epidamnum veniamus.
Iam quaſi mare omnis circumus inſulas.
Me. Fratrem quæſitum geminum germanum meum.
Meſ. Nam quid modi futurum eſt illum quærere.
Hic annus ſextus eſt: poſtquam rei huic operam damus.
Iſtõs, hiſpanos. maſſilienſis. illyricos.

Mare ſuperum omne. græciamq; exoticam.
Oraſq; italicas omnis: quas adgreditur mare
Sumus circumuecti.ſi acum credo quæreres:
Acum inueniſſes: ſi appareret.tam diu
Hominem inter viuos quæritamus mortuum.
Nam inueniſſemus iam diu: ſi viueret.
Me. Ergo iſtuc quæro: qui faciat mihi.
Quid ſeſe dicat ſcire eum eſſe mortuum.
Operam præterea nunquam ſumam quærere.
Verum inter viuos nunquam deſiſtam exequi.
Ego illum ſcio quam cordi ſit carus meo.
Meſ. In ſcyrpo nodum quæris.quin nos hinc domus
Redimus: niſi ſi hiſtoriam ſcripturi ſumus.
Me. Dictum faceſſas datum:& diſcaueas malo.
Moleſtus ne ſis.non tuo hoc fiet modo.Meſ.hem
Illo enim verbo eſſe me ſeruom ſcio.
Non potui paucis plura plane prologui.
Verumtamen nequeo continere: quin loquar.
Audin menęchme: quum inſpicio marſupium:
Viaticati hercle admodum æſtiue ſumus.
Næ tu hercle opinor niſi domum reuorteris:
Vbi nihil habebis: geminum dum quęris: gemes.
Natio epidamnia: nam ita eſt hæc hominum.
Voluptarii atq; potatores maximi.
Tum ſycophantæ & palpatores plurimi
In vrbe hac habitant: tum meretrices mulieres
Nuſquam perhibentur blandiores gentium:
Propterea huic vrbi nomen epidamno inditum eſt:
Quia nemo ferme huc ſine damno deuortitur.
Me. Ego iſtuc cauebo: cedo dum mihi huc marſupiū.
Meſ. Quid eo vis.Me.iā abs te metuo de verbis tuis.
Meſ.Quid metuis?Me.ne mihi dānū in epidāno duaſ.
Tu magnus amator mulierum es meſſenio.
Ego autem homo iracundus animi perditi
Id vtrumq; argentum quando habeo: caueto.
Ne tu delinquas ne ve ego iraſcar tibi.
Meſ. Cape atq; ſerua.me lubente feceris.

Cylindrus Menæchmus aduena Meſſenio.

BEne obſonaui atq; ex mea ſententia. bonum
Anteponam prandium pranſoribus. adibo: atq; adloquar.
Sed eccum menęchmum video in a tergo meo:
Prius iam conuiuę ambulāt ante oſtium: q̄ ego obſonatu redeo.
Me. Scis quis ego ſum?
Cy. Nō hercle vero. vbi cōuiuę cęteri? Me. quos tu cōuiuas q̄ris?
Cy. Paraſitum tuū. Me. meum paraſitū? certe hic inſanus eſt hō.
Meſſe. Dixin tibi eſſe hic ſycophantas plurimos?
Quem tu paraſitum quæris adoleſcens? Cy. tuum
Peniculum. Meſ. eccum in vidulo ſaluum fero. ·bragetta
imigrativ Cy. Menęchme numero huc aduenis ad prandium.
Me. Nunc ipſi naturæ deo mihi reſponde
Adoleſcens: quibus hic preciis porci veneunt
Sacres ſinceri: nummum a me accipe: iube te piari
De mea pecunia. nam equidem inſanum eſſe te certo ſcio:
Qui mihi moleſtus homini ignoto: quiſquis es.
Cy. Cylindrus ego ſum. non noſti nomen meum?
Me. Seu tu cylindrus ſeu coriendrus perieris.
novies· Ego te non noui: neq; nouiſſime adeo volo.
Cy. Eſt tibi menęchmi nomen tantum: quod ſciam.
Me. Pro ſano loqueris: qui me meo appellas nomine.
Sed vbi nouiſti me? Cy. vbi ego te nouerim?
Qui amicam habeas heram meam hanc erotium.
Me. Neq; hercle habeo: neq; te quis homo ſis ſcio.
Cy. Non ſcis quis ego ſim: qui tibi ſępiſſime
Cdiabe Cuer. Cyathiſſo apud nos: quando potas. Meſ. hei mihi
Cum nihil eſt: qui illi homini diminuam caput.
Me. Tun ciathiſſare mihi ſoles: qui ante hunc diem
Epidamnum nunquam vidi neq; veni? Cy. negas?
Me. Nego hercle vero. Cy. non tu illiſce ædibus
Habitas? Me. dii illos homines qui illic habitant perduint.
Cy. Inſanit hic equidem: qui ipſe maledicit ſibi.
Audin menęchme? Me. quid vis? Cy. ſi me conſulas:
Nummum illum quem mihi dudum pollicitus dare:
Nam tu quidem hercle certo non ſanus ſatis
Menæchme: qui nunc ipſus maledicas tibi
Iubeas ſi ſapias porculum afferri tibi.
Meſ. Tu hercle homo es multum odioſus mihi.
Cy. Solet iocari ſepe mecum illo modo.

Quãuis ridiculus eſt: vbi vxor non adeſt.
Me. Quid ais tu? Cy. quiduis inquam. ſatin hoc quod vides?
Tribus vobis obſonatus: an obſono amplius
Tibi & paraſito & mulieri? Meſ. quas tu mulieres
Quos tu paraſitos loquere? Cy. quod te vrget ſcelus:
Qui huic ſis moleſtus. Meſ. quid tibi mecum eſt rei?
Cy. Ego te non noui: cum hoc quem noui: fabulor:
Me. Non ædepol tu homo ſanus es certo ſcio.
Cy. Iam ergo hæc mādentur faxo. nihil morabitur.
Proin tu ne quo abeas longius ab ædibus.
Nunquid vis? Me. vt eas maxumam in malam crucem.
Cy. Ire hercle melius te intro: atq; accumbere.
Dum ego heca ppono ad volcani violentiam:
Ibo intro: & dicam te hic aſtare erotio:
Vt te hinc abducat: potius quam hic adſtes foris.
Me. Iam ne abiit. ædepol haud mendacia tua verba.
Meſ. Exterior ſis obſeruato modo. nam iſtic meretricem credo
Habitare mulierez: vt quidē inſanus ille dixit: qui hinc abiit mō.
Me. Sed miror qui ille nouerit nomen meum.
Meſ. Minime hercle mirum. morem hunc meretrices habent.
Ad portum mittunt ſeruulos. ancillas.
Si qua peregrina nauis in portum aduenit.
Rogitant cuiatis ſit. quid ei nomen ſiat.
Poſt illę extemplo ſe applicant: adglutinant.
Si pellexerunt: perditum amittunt domum.
Me. Sane cenſeo. Meſ. nunc in iſtoc portu ſtat nauis
Pṛdatoria: abs qua cauendum eſt nobis.
Me. Mones qdidem hercle recte. Meſ. tum demum ſciam
Recte monuiſſe: ſi tu recte caueris.
Tacedum parumper: nam concrepuit oſtium.
Videamus qui hinc egreditur. hoc ponam. interim
Abſeruatote hæc ſi voltis nauales pedes.

Erotiū Cylindrus Menęchmus aduena Meſſenio.

Sine fores ſic: abi. nolo opperiri. intus para.
Cura inde quod opus eſt. Cy. fiat.
Er. Sternite lectos. icēdite odores. mūdicia illecebra aīo cāmātū
Amanti amœnitas malo: ſi nobis lucro eſt.
Sed vbi eſt ille quem coquus ante ædis ait eſſe. atq; eccum video
Qui mihi eſt vſui: & plurimum prodeſt itē huic vltro fit vt meret:

Potiſſimus noſtrę domi vt ſit nunc.eum adibo.alloquar vltro.
Animule mi mihi mira videntur te hic ſtare foris:
Fores cui pateant magis quam domus tua:cum hæc tua ſit.
Prandium:vt iuſſiſti:hic curatū eſt. vbi lubet ire licet accubitum.
Me. Qui cū hęc mulier loqtur? Er.quidē tecū.Me.qd mecū tibi
Fuit vnquā:aut nunc eſt negocii? Er.quia pol te vnū ex omnibus
Venus voluit me magnificare.neq; id haud immerito tuo.
Nam ecaſtor ſolus bene factis tuis;me florentem facis.
Me. Certo hęc mulier aut inſana aut ebria eſt meſſenio:
Quæ hominem ignotum compellet me tam familiariter.
Meſ. Dixin ego iſtęc hic ſolere fieri.folia nunc cadunt.
Nunc ſi triduum hoc hic erimus: tum arbores in te cadent.
Nam ita ſunt hic meretrices omnes illecebræ argentarię.
Sed ſine modo hāc cōpellare.heus mulier tibi dico. Er.quid eſt?
Meſ. Vbi tu hūc hominem nouiſti? Er.ibidē: vbi hic meiamdiu
In epidamno.Meſ. qui hic in hanc vrbem pedem
Niſi hodie nunquam intro tetulit.Er. eia delitias facis
Mi menæchme.quin amabo is intro.hic tibi erit rectius.
Me. Hæc quidē ædepol recte appellat meo me mulier nomine,
Nimis miror quid hoc ſit negocii.Meſ.oboluit marſupium
Huic iſtuc quod habeas.Me. atq; ædepol tu me monuiſti probe.
Accipe dū. iam hoc ſcibo vtrū hęc me mage amet:an murſupiū.
Er. Eamus intro vt prandeamus.Me.bene vocas:tandē grā eſt.
Er. Cur igitur tibi me iuſſiſti coquere dudum prandium?
Me. Me ego ne te iuſſi coquere? Er.certo tibi & paraſito tuo.
Me. Cui malum paraſito.certe hæc mulier non ſana eſt ſatis,
Er. Peniculo.Me.quis iſte eſt peniculus:qui extergentur baxeę.
Er. Scilicet qui dudum tecum venit:quom pallam mihi
Detuliſti: quam vxori tuæ ſubripuiſſe aiebas.
Me. Certe hęc mulier canthario ritu aſtans ſomniat,
Er. Qui lubet ludibrio habere me: atq; ire inficias mihi
Facta quę ſunt? Me.dic quid eſt id:quod negem quid fecerim,
Er. Pallam te hodie mihi dediſſe vxoris.Me.iam nunc nego
Ego quidem.neq; vnq̄; vxorē habui:neq; habeo:neq; huc vnq̄;
Poſtquam natus ſum intra portam penetraui pedem.
Prandi in naui.inde huc ſum egreſſus:te conueni eccere.
Er. Peri miſera.quam tu nunc mihi nauem narras.Me.ligneam
Sæpe tritam:ſæpe fixam: ſæpe excuſſam malleo,
Quaſi ſuppellex pellionis palus palo proximus eſt.

Er. Iam amabo deſine ludos facere:atq; i hac mecum ſimul.
Me. Nam quem mulier alium hominem non me quæritas.
Er. Non ego te noui menæchum moſcho prognatum patre:
Qui ſyracuſis perhibere natus eſſe in ſicilia.
Vbi rex agathocles regnator fuit. & iterum pinthia
Tertium lyparo: qui in morte regnum hieroni tradidit.
Me. Nunc heroes haud falſo mulier prædicas. Meſ. proh iupiter
Nunc iſtæc mulier illinc venit: quæ te nouit tam cate.
Me. Hercle opinor pernegari non poteſt. Meſ. ne feceris:
Periſti: ſi intraſſis intra limen. Me. quin tu tace modo.
Bene res geritur. aſſentabor quicquid dicet mulieri.
Si poſſem hoſpitium nanciſci: iamdudum mulier tibi
Non imprudens aduerſabar: hunc metuebam ne meæ
Vxori renunciaret de palla: & de prandio. nunc quando vis
Eamus intro. Er. etiā paraſitū manes? Me. neq; ego illum maneo.
Neq; floccifacio: neq; ſi venerit: eum volo intromitti.
Er. Ecaſtor audiui. ita fecero. ſed ſcin qd te amabo vt facias ipo?
Meſ. Quid vis modo? Er. pallam illam quam dudum dederas:
Ad phrygionem vt deferas: vt reconccinnetur. atq; vt opera
Addātur q̄ volo. Me. hercle quin tu recte dicis. eadē ignorabitur
Ne vxor cognoſcat te habere: ſi in via conſpexerit.
Er. Ergo mox auferto tecum quando abibis. Me. maxume.
Er. Eamus intro. Me. iam ſequar te. hunc volo etiam colloqui.
Eho meſſenio accede huc. Meſ. quid negocii eſt. ſuſciri
Quid ergo opuſt? Me. ſcio vt me dicas tanto nequiorem
Habeo prędam: tantum incœpi operis: & quantum potes.
Abduc iſtos in tabernam actutum diuerſoriam
Tu facito ante ſolis occaſum vt venias aduorſum mihi.
Meſ. Non tu iſtas meretrices nouiſti here. Me. tace in quam.
Mihi dolebit non tibi: ſi quid ego ſtulte fecero.
Mulier hæc ſtulta: atq; inſcita eſt: quantum proſpexi modo.
Eſt hic præda nobis. Meſ. peri. Me. iā ne abis. Meſ. peri tibi ꝓbe.
Ducit lembum dierectum nauis prædatoria.
Sed ego inſcitus qui ero me poſtulem moderarier.
Dicto me emit audientem haud imperatorem ſibi.
Sequimini vt quid imperatum eſt: veniam aduorſum tempori.

Peniculus Paraſitus.

PLus triginta annis natus ſum: quom interea loci
Nunquam quicquam facinus feci peius: neq; ſceleſtius

Quam hodie: quom in concionem mediam me immerſi miſer:
Vbi egomet & menæchmus ſe ſubtraxit mihi:
Atq; abiit ad amicam credo: neq; me voluit ducere.
Quem illum dii omnes perduint: qui primus commentus eſt
Concionem habere: qui homines occupatos occupat.
Nam ad eam rem ocioſos homines decuit deligi:
Qui niſi adſint: quom citentur: cenſus capiunt illico.
Affatim eſt hominum indies: qui ſingulas eſcas edunt:
Quibus negocii nihil eſt: qui eſum neq; vocantur neq; vocant.
Eos oportet concioni dare operam: atq; comitiis.
Si id ita eſſet: non ego hodie perdidiſſem prandium:
Cui tam credo datum noluiſſe: quam me video viuere.
Ibo etiamnum. relliquiarum ſpes animum oblectat meum.
Sed quid ego video menęchmum. cum corona exit foras.
Sublatum eſt conuiuium. ædepol venio aduorſum tempori.

Menæchmus Peniculus.

POtin ne vt quieſcas: ſi ego tibi hanc hodie probe
Lepideq; concinnatam referam tempori.
Non faxo eam eſſe dices: ita ignorabitur.
Pe. Pallam ad phrygionem fert confecto prandio
Vinoq; epoto: paraſito excluſo foras.
Non hercle is ſum: qui ſum: ni hanc iniuriam
Meq; vultus pulchre fuero. obſeruabo quid agat.
Hominem poſt adibo: atq; alloquar.
Me. Proh dii immortales. cui homini vnquam vno die
Boni dediſtis plus: qui minus ſperauerit.
Prandi. potaui. ſcortum accubui. abſtuli
Hanc: cuius hęres nunquam erit poſt hunc diem.
Pe. Nequeo quę loquitur exaudire clanculum.
Satur nunc loquitur de me: & de parti mea.
Me. Ait hanc dediſſe me ſibi. atq; eam meę
Vxori ſubripuiſſe. quoniam ſentio errare:
Extemplo quaſi res cum ea eſſet mihi: cœpi
Aſſentari. mulier quicquid dixerat: idem ego
Dicebā. quid multis verbis? minore nuſquā bene fui diſpendio.
Pę. Adibo ad hominem. nam turbare geſtio.
Me. Quis hic eſt qui aduerſum fit mihi? Pe. quid ais homo
Leuior quam pluma peſſime & nequiſſime:
Flagitium hominis ſubdole: ac minimi precii.

Quid de te merui: qua me cauſa perderes?
Vt ſubrupuiſti te mihi dudum de foro:
Feciſti funus meo abſenti prandio: cur auſus facere?
Cū ego quo eras erā. Me. adoleſcēs q̄ſo quid mihi tibi mecū ē rei?
Qui mihi maledicas ignoto inſciens.
An tibi malam rem vis pro maledictis dari
Poſtea? Pe. quid eſt ædepol te dediſſe intelligo.
Me. Reſponde adoleſcens quæſo quid tibi nomen ſit?
Pe. Etiam dendes? quaſi nomen non noueris?
Me. Non ædepol ego te: quod ſciam: vnquam ante hunc diem
Vidi: neq; noui. verum hortor quiſquis es
Si æquum facias: mihi odioſus ne ſias.
Pe. Non me nouiſti? Me. non negem ſi nouerim.
Pe. Menæchme vigila. Me. vigilo hercle quidem quod ſciam.
Pe. Tuum paraſitum non nouiſti? Me. non ſanum eſt tibi
Adoleſcens ſinciput intelligo. Pe. reſponde.
Subripuiſti vxori tuæ pallam iſtanc hodie:
Atq; dediſti erotio? Me. neq; ego vxorem habeo. neq;
Ego erotio dedi. nec pallam ſubripui.
Pe. Satin ſanus es. occiſa ſit hæc res. non ego te indutum foras
Exire vidi palla? Me. vę capiti tuo. omnes cinædos cenſes:
Quia tu es? tu me indutum pallam prædicas?
Pe. Ego hercle vero. Me. non tu abis quo dignus es?
Aut te piari iube homo inſaniſſime.
Pe. Nunquam ædepol quiſquam me exorabit: quin tuæ
Vxori rem omnem iam: vt ſit geſta: eloquar.
Omnes in te iſtæc recident contumeliæ.
Faxo haud inultum prandium comederis.
Me. Quid hoc eſt negocii? ſatine vt quenq; conſpicor:
Ita me ludificant. ſed concrepuit oſtium.

Ancilla Menæchmus aduena.

MEnæchme amare ait te multum erotium:
Vt hoc vna opera ad aurificem deferas:
Atq; nunc vt addas auri pondo vnciam:
Iubeaſq; ſpinther nouum reconccinnarier.
Me. Et iſtud: & aliud ſi quid curari volet
Me curaturum dicito: quidquid volet.
An. Scin quod hoc ſit ſpinther. Me. neſcio niſi aureum.
An. Hoc eſt quod olim clanculum ex amario

Te ſubripuiſſe tinniebas vxori tuæ.
Me. Nunquam hercle factum. An.non memiſti obſecro?
Redde igitur ſpinther ſi non meminiſti.Me.mane.
Immo equidem memini. nempe hoc eſt quod illi dedi
Iſtuc:vbi hercle armillæ ſunt:quas vna dedi.
An. Nunq̄ꝫ dediſti.Me.nam pol vna dedi dic.An.accurare dicit.
Me. Accurabitur.hæc palla & ſpinther faxo referantur ſimul.
An. Amabo mi menæchme inauris da mihi
Faciendas pondo duum nummum:ſpathalia
Vt te libenter videam quom ad nos veneris.
Me. Fiat. cedo aurum.ego manu precium dabo.
An. Da ſodes a te: poſt reddidero tibi.
Me. Immo cedo abs te.An.ego poſt tibi reddam duplex.
Me. Non habeo. An. at tu quando habebis:tum dato.
Daturum dicito.Me.nunquid me vis? An.hęc me cura
Vt quantum poſſit quamq̄ꝫ liceat veniant.
Me. Iam ne abiit intro? abiit. opperuit fores.
Dii me equidem omnes adiuuant.augent.amant.
Sed quid ego ceſſo:dum datur mihi occaſio
Tempuſq̄ꝫ abire ab his locis lenoniis?
Propera menæchme.fer pedem.confer gradum.
Demam coronam: atq̄ꝫ abiiciam ad leuam manum:
Vt ſi qui ſequantur:hac me abiiſſe cenſeant.
Ibo & conueniam ſeruom ſi potero meum:
Vt hæc quę bona dant di mihi:ex me ſciat.

Mulier Peniculus Paraſitus.

EGo ne hic mendiciar in matrimonio:vbi vir cōpilet clāculuꝫ
Quicquid domi eſt: atq̄ꝫ ad amicā deferat.Pe.quin tu taces?
Manifeſto faxo iam opprimes.ſeq̄re hac me . pallā ad phrygionē
Cum corona ferebat:hodie tibi quam ſubripuit domo.
Sed eccā coronā quā habuit.num mentior?Mu.hem hāc habuit?
Pe. Si vis perſequi veſtigiis. atq̄ꝫ ædepol eccū optime reuortitur:
Sed pallam non fert.Mu.quid ego nunc cum illo agam?
Pe. Idē qđ ſemp male habeas.Mu.ſic cēſeo.Pe.huc cōcedam?.
Ex inſidiis aucupa

Menęchm⁹ Adoleſcēs Mulier Vxor Penicul⁹ Paraſit⁹.

AT hoc vtuntur maxime more morum:moleſtoq̄ꝫ multum
Atq̄ꝫ vti quiq̄ꝫ ſunt optumi maxumi: morem habent hunc.

Clientis ſibi omnes volunt eſſe multos: boni ne an mali ſint:
Queritant. res magis queritur q̄ clientū fides cuiuſmodi cluat.
Si eſt paup atq; haud mal⁹ neq̄ habetur. ſin diues mal⁹ eſt is
Cliens frugi habetur: qui neq; leges neq; æquū bonū vſq; colūt.
Solicitos patronos habent. datum denegant: quod datum eſt.
Litiū pleni: rapaces viri fraudulenti: qui aut fœnore aut periuriis
Habent rem paratam. mens eſt in querellis. iuris vbi dicitur dies:
Simul patronis dr̄: quippe qui pro illis loquātur q̄ malefecerint.
Aut ad populum: aut in iure: aut ad iudicē res eſt: ſicut me hodie
Nimis ſolicitū cliēs qdā habuit: neq; qd voluit agere. q̄ cū licitū ē
Ita me ad tinuit: ita me detinuit apd̄ ædiles: p̄liis factis plrimis peſ
Dixi cauſaʒ: cōditiōes tetuli tortas: cōfragoſas. aut pl⁹ (ſumis.
Aut minus opus quam erat multo dixeram controuerſiam:
Vt ſponſio fieret. quid? ille prædem dedit. nec magis
Manifeſtum ego hominem vnquam vllum teneri vidi omnibus
Malefactis: teſtes tres aderant accerrumi. di illum omnes perdāt.
Ita mihi hunc hodie corrupit diem: neq; adeo qui hodie forum
Vnquam oculis inſpexi meis: diem corrupi optimum.
Iuſſi apparari prandium. amica expectat me ſcio.
Vbi p̄mū ē licitū: illico ꝓpaui abire de foro. irata ē credo nūc mihi.
Placabit palla quam dedi: quam hodie vxori abſtuli:
Atq; huic detuli erotio. Pe. quid ais? Vx. viro me malo
Male nuptam. Pe. ſatin audis quæ illic loquitur?
Vx. ſatis. Me. ſi ſapiam hinc intro abeam: vbi mihi bene ſit.
Vx. Male male erit potius. ne illaʒ me caſtor fœnerato abſtuliſti.
Sic datur? clanculum te iſtæc flagitia facere cenſebas poteſſe?
Me. Quid illic eſt vxor negocii? Vx. mē rogas? Me. vin hūc rogē?
Pe. Aufer hinc palpationes. Me. perge tu quid tu mihi
Triſtis es? ſcire oportet. Pe. ſcit: ſed diſſimulat malus.
Me. Quid negocii eſt? Vx. pallā. Me. pallā qd? Vx. pallā qd paueſ.
Me. Nihil equidem paueo: niſi vnum palla pallorem incutit.
Pe. Aut tu ne etiam mecum eſſes prandium: perge in virum.
Me. Non taceas? Pe. non hercle vero taceo. nutat ne loquar.
Me. Non hercle ego quidem vſquā quicq̄ nuto: neq; nicto tibi.
Vx. Ne ego me caſtor mulier miſa? Me. q tu miſa es mihi expedi.
Pe. Nihil hoc confidentius: qui quod videt: ea pernegat.
Me. Per iouem deoſq; omnis adiuro vxor: ſatin hoc eſt tibi
Me ſibi non nutaſſe. credis? Vx. iam tibi de iſtis: illuc redi.
Me. Quo ego redeā? Vx. equidē a phrygiōe cēſeo: & pallā refer.

Me. Que iſtec palla eſt? Vx. taceo ia3: qn̄ nec rē cōmeminit ſuā.
Me. Nunquis ſeruorum deliquit: num ancillæ aut ſeruæ tibi?
Reſponſa aut loquere impune non erit. Vx. nugas agis.
Pe. Triſtis admodū ē. Me. nō mihi iſtuc ſatis placet. Vx. nugas agiſ.
Me. Cæterum familiarium alicui irata es? Vx. nugas agis.
Me. Num mihi irata es ſaltem? Vx. nunc tu non nugas agis.
Me. Dic mea vxor quid tibi ægre eſt? Pe. bellus blanditur tibi.
Me. Potin vt moleſtus ne ſis? non te appello.
Pe. Aufer manū: ſic datur ꝓperato abſente me comeſſe prādiū.
Poſt ante ædis cum corona hederæ huc intro tetuliſti pedem.
Me. Neq3 ædepol ego prandi. neq3 hodie huc intro tetuli pedē.
Pe. Tū negas? Me. nego hercle vero. Pe. nihil hoc hoie audaciꝰ.
Non ego te modo hic ante ædis cum corona florea
Vidi aſtare: cum negabas mihi eſſe ſanum ſinciput:
Et negabas me nouiſſe: peregrinum aiebas eſſe.
Me. Quin vt dudum diuerti abs te redeo nunc demum domu3.
Pe. Noui ego te. non mihi cenſebas eſſe qui te vlciſcerer.
Omnia hercle vxori dixi. Me. quid dixiſti? Pe. neſcio.
Eam ipſus roga. Me. quid hoc eſt vxor? quid nā hic narrauit tibi?
Quid id eſt? quid taces? quin dicis quid ſit? Vx. quaſi tu neſcias.
Palla eſt mihi domo ſubrepta. Me. palla ſubrepta eſt tibi?
Vx. Me rogas? Me. pol haud rogē te ſi ſciam. Pe. o hoīem malū.
Vt diſſimulat. non potes celare: rem noui probe.
Oia hercle ego edictaui. Me. quid id eſt? Vx. quando nihil pudet
Neq3 vis tua voluntate ipſe profiteri: audi atq3 ades.
Et quid triſtis: & quid hic mihi dixerit: faxo ſcias.
Palla eſt mihi domo ſubrepta. Me. palla ſubrupta eſt tibi?
Pe. viden vt ſceleſtus capiat. huic ſubrupta eſt non tibi.
Nam profecto tibi ſubrupta ſi eſſet: ſalua non foret.
Me. Nihil mihi tecū eſt. ſed q̇d tu ais. Vx. palla inqt periit domo.
Me. Quis eam ſubripuit? Vx. pol iſtuc ille ſcit: qui illam abſtulit.
Me. Quis hic hō ē? Vx. mnæchmꝰ qdā. Me. ædepol factū neqter
Quis is menæchmus eſt? Vx. tu iſtic inquam. Me. ego ne? Vx. tu.
Me. q̇s arguit? Vx. egomet. Pe. & ego: atq3 huic amicę detuliſti ero
Me. Egon dedi? Pe. tu iſtic inquā. vin afferri noctuā: Ctio.
Quæ tu tu vſq3 dicat tibi. nam vos uos iam nos. defeſſi ſumus.
Me. Per iouem deoſq3 omnis adiuro vxor. ſatin hoc eſt tibi:
Non dediſſe. Pe. immo hercle vero nos non falſum dicere.
Me. Sed ego illam non condonaui: ſed ſic vtendam dedi.

Vx. Equidem ecaſtor tuam nec chlamydem deferas nec pallium
Cuiquam vtendum: mulierem æquum eſt veſtimentũ muliebre
Dare foras: virum virile. quin refers pallam domum?
Me. Ego faxo referetur. Vx. ex re tua vt opinor feceris.
Nam domum nunquam introibis: niſi feres pallam ſimul.
Me. Ego domũ? Pe. q̃d mihi futurũ eſt: qui tibi hãc operã dedi?
Vx. Opera reddetur: quando quid tibi erit ſubruptum domo.
Pe. Id quidẽ ædepol nunquã erit: nã nihil eſt quod perdã domi
Cum viro cum vxore. Me. dii vos perdant. properabo ad forum:
Nam ex hac familia me plane excidiſſe intelligo.
Male mhi vxor ſeſe feciſſe cenſet: quom excludit foras.
Quaſi non habeam: quo intromittar alium meliorem locum.
Si tibi diſpliceo patiundum: at placuero huic erotio:
Quæ me non excludet a ſe. ſed apud ſe occludet domi.
Nunc ibo orabo vt mihi pallam reddat: quam dudum dedi.
Aliam illi redimam meliorem. ecquis hic eſt ianitor?
Aperite: atq; erotium aliquis euocate ante oſtium.

Erotium Menæchmus

QVis hic a me quærit ſibi inimicitias magiſquam ætati ſuæ.
Menæchme cur ante ædis aſtas? ſequere intro. Me. mane.
Scin quidẽ q̃ ego ad te venio. Er. ſcio. vt tibi ex me ſit voluptas.
Me. Immo ædepol pallã illam amabo te: quam tibi dudũ dedi:
Mihi eam redde. vxor reſciuit rem omnem: vt factum eſt ordine.
Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam quam voles.
Er. Tibi dedi equidem illã ad phrygionem vt ferres paulo prius:
Et illud ſpinther vt ad aurificem ferres: vt fieret nouum.
Me. Mihi tu dederis pallam & ſpinther? nunquã factũ reperies.
Nam ego quidem poſtquã illã dudũ tibi dedi: atq; abii ad forum:
Nunc redeo: nunc te poſt illac video. Er. video quam rem agis:
Quia commiſi vt me defrudes: ad eam rem affectas viam.
Me. Neq; ædepol te defrudandi cauſa poſco: quin tibi dico
Vxorem reſciuiſſe: nec te vltro oraui vt dares erotium.
Er. Tu te vltro ad me detuliſti: dediſti eam dono mihi.
Eandem tu nunc repoſcis. patiar. tibi habe, aufer. vtere.
Vel tu vel tua vxor: vel etiam in oculos compingite.
Tu huc poſt hunc dien pedem intro non feres: ne fruſtraſſis.
Quando tu me benemerentem tibi habes deſpicatui.
Niſi feres argentum fruſtra me ductare non potes. a pronebar
Aliam poſthac inuenito: quam habeas fruſtratui.

Me. Nimis iracunde hercle.tandem heus tu tibi dico mane
Redi.Er.etiam ne aſtas? etiam audes mea reuorti gratia?
Me. Abiit intro ocius in ædis.nunc ego ſum excluſiſſimus
Neqꝫ domi:neqꝫ apud amicam mihi iam quicquam creditur.
Ibo:& conſulam hanc rem amicos: quid faciundum cenſeant.

Menæchmus aduena Mulier.

NImis ſtulte dudum feci:cum marſupiũ meſſenioni cũ argẽto
Concredidi.immerſit aliquo ſeſe credo in ganeum.
Mu. Prouiſam ꝙ mox vir meus redeat domum.ſed eccũ video.
Salua ſum.pallã refert.Me.demiror vbi nunc ambulet meſſenio.
Mu. Adibo atqꝫ hominem accipiam quibus dictis hæret.
Non te pudet ꝓdire in conſpectũ meum flagitiũ hoīs cum iſtoc
Ornatu?Me.qđ eſt?q̃ res te agitat mulier?Mu.etiã ne impudens
Mutire vnum verbum audes:aut mecum loqui?
Me. Quid tandem admiſi in te vt loqui non audeam?
Mu. Rogas me. hominis impudentiam audaciã.Me.non tu ſcis
Mulier hecubam qua propter canem græci eſſe prædicabant?
Mu. Nõ equidẽ ſcio.Me.qa idẽ faciebat hecuba:qđ tu nũc facis.
Omnia mala ingerebat:quemqꝫ aſpexerat:
Itaqꝫ adeo iure cœpta appellari canis.
Mu. Nõ ego iſtęc flagitia poſſũ ꝑpeti.nã me iã ætatẽ viduã eſſe
Malle licet:quam iſtęc flagitia tua pati:quæ tu facis.
Me. Quid id ad me? tu te nuptã poſſis ꝑpeti: an ſis abitura a tuo
Viro an non.ita eſt:hęc peregrino vt aduenienti narrat fabulas.
Mu. Quas fabulas? non inquam patiar præter hac quin vidua
Viuam:quam tuos mores perferã.Me.mea quidẽ hercle cauſa
Vidua victita: vel vſqꝫ dum regnum obtinet iupiter.
Mu. At mihi negabas dudũ ſubrupuiſſe te:nũc eãdẽ añ oculos
Attines.non te pudet?Me.heu hercle mulier multum
Et audax & mala es.tun tibi hanc ſubreptam dicere audes?
Quam mihi dedit alia mulier vt concionandum darem.
Mu. Næ iſtuc me caſtor iã patrem accerſam meũ:atqꝫ enarrabo
Tua flagitia:quæ facis.hei decio:quære meũ patrem:tecũ ſimul
Vt veniat ad me:ita rẽ eſſe dicito:iã ego aperiã iſtęc tua flagitia.
Me. Sanã es?quæ mea flagitia? Mu.pallã atqꝫ autũ meũ domo
Suppillas tuę vxori:& tuæ degeris amicę.ſatin hęc recte fabulor?
Me. Quæſo hercle mulier ſi ſcis:mõſtra qđ bibã tuã qui poſſim
Perpeti petulantiam.quem tu hominem arbitrare? Mu.neſcio
Ego te.Me.ſcis me? Mu.nõ te noui.cũ parthaon es me derides.

At pol illũ non potes patrẽ meũ hunc qui aduenit. quin reſpicis?
Nouiſtin tu illum? Me. noui cum chalca ſimul
Eodem die vidi illum: quo te ante hunc diem. Mu. negas
Nouiſſe me? negas patrem meũ? Me. idẽ hercle. Mu. ducam eum:
Me. Sanũ vis adducere? Mu. ecaſtor piter hoc atq; alias res ſoles.

Senex Mulier Menęchmus aduena.

VT ætas mea eſt: atq; vt hic vſus facto eſt: gradũ ꝓferã. ꝓgredi
Properabo. ſed id q; facile ſit mihi: haud ſum falſus.
Nam pernicitas deſerit. conſitus ſum ſenectute. onuſtum gero
Corpus. vires reliquere. vt ætas mala eſt: mors mala eſt ergo.
Nam res plurimas peſſumas cum aduenit affert: quas ſi
Autumem omnis: nimis longus ſermo eſt. ſed eo res mihi
In pectore & corde dura eſt: quid nã hoc ſit negocii: quod filia ſic
Repente expetit me: vt ad ſe ſe irem. nec quid id ſit mihi
Certius facit quid velit: quid me accerſit. verum ꝓpemodũ iã ſcio
Quid ſiet rei. credo cum viro litigium natum eſſe aliquod.
Ita iſtæc ſolent: q̃ viros ſubſeruire ſibi poſtulãt dote fretæ fecoces.
Et illi quoi haud abſtinent ſæpe culpa: verum eſt modus tamen.
Quo id pati vxorem oportet: nec pol filia vnquã patrem accerſit
Ad ſe: niſi aliquid cõmiſſi ad iurgii eſt cauſa. ſed q̃cq̃d id eſt: iã ſciã:
Atq; eccam eam ipſam ante ædis: & eius triſtem virum video.
Id eſt quod ſuſpicabar. apellabo hanc. ibo vorſum.
Mu. Salue multum mi pater. Se. ſalua ſis. ſed cur ab tuo
Seruo accerſi iubes? quid tu es triſtis? quid ille autẽ abs te iratus
Deſciſcit. neſcio quid vos velitati eſtis inter vos duos.
Loquere vter meruiſtis culpam paucis: non longos logos.
Mu. Nuſquã equidẽ quicq̃ deliqui. hoc primum te abſoluo pr̃.
Verũ viuere hic non poſſum: neq; durare vllo modo. proin tu me
Hinc abducas. Sen. quid iſtuc autem eſt? Mu. ludibrio pater
Habeor. Se. vnde? Mu. ab illo cui mandauiſti meo viro.
Se. Ecce autem litigium. quoties tandem edixi tibi: vt caueres
Neuter ad me iretis cũ querimonia. Mu. qui eſto iſtuc mi pater
Cauere poſſum? Se. me interrogas? niſi non vis. quoties
Monſtraui tibi viro vt morem geras? qd ille faciet ne id obſerues.
Quo eat. quid rerũ gerat. Mu. at enim ille hinc amat meretricem
Ex proximo. Se? ſane ſapit iſtanc induſtriam etiam faxo
Amabit amplius. Mu. atq; ibi potat. Se. tua qd ille cã potabit minus
Siue illic ſiue alibi libebit. quæ hæc malum impudentia eſt?
Vna opera ꝓhibere ad cœnã ne promitat poſtules: neue quenq;

Accipiat alienum apud te. ſeruire tibi poſtulas viros? dare
Vna opera pēſu; poſtules.inter ancillas ſedere iubeas.lanā carere
Mu. Non quidem mihi aduocatum pater adduxi:ſed viro.
Hinc ſtas.illinc cauſam dicis:ſi ille quid deliquerit?
Se. Multo tanto illum accuſabo quam te accuſaui amplius.
Quando te auratam & veſtitam bene habet. ampuloſam ſpem
Recte perhibent.melius ſanam eſt mulier mentem ſumere.
Mu. At ille ſupillat mihi aurum: & pallas ex arcis modo
Me deſpoliat.mea ornamenta etiam ad meretrices degerit.
Se. Malefecit ſi iſtuc facit.ſi non facit:tu male facis:
Quę inſontem inſimules.Mu. quin etiam nunc habet pallam
Pater & ſpinther:quod ad hanc detulerat.nūc quia reſciui refert
Se. Iā ego ex hoc vt factū eſt ſcibo. adibo homine; atq; alloqr.
Dic mihi iſtuc menęchme:quod vos diſertatis:vt ſciam.
Quid tu triſtis es? quid illam autem iratam abs te deſtituis?
Me. Quiſquis es:quicquid tibi nomen eſt ſenex: ſummū ioue;
Deoſq; deteſtor qua de re aut cuius rei rerum omnium
Me neq; iſti male feciſſe mulieri: quæ me arguit
Hanc domo ab ſe ſubripuiſſe atq; abſtuliſſe delirat:
Si ego intra ædis huius vnquam vbi habitat penetraui:
Omnium hominum exopto vt fiam miſerorum miſerrimus.
Se. Sanun es? qui iſtuc exoptes:vt neges te vnquam pedem
In eas ædes intuliſſe:vbi habitas inſaniſſime?
Me. Tū ſenex ais habitare me ī illiſce ædibꝰ?Se.tu negas?
Me.nego hercle ꝟo.Se.imo occidere negē: niſi q̄ nocte emigraſti
Se.Concede hac filia. quid tu agis? non hinc emigraſti?Me.que;
in locum aut quam ob rem obſecro:
Non ædepol ſcio.Mu.profecto ludit te hic:non tu technas tenes.
Se. Iam vero menæchme ſatis iocatus: nunc ad rem age redi.
Me. Quæſo quid mihi tecum eſt? vnde aut quis homo tu es?
Tibi aut adeo iſti: quę mihi moleſta eſt quoquo modo.
Mu. Viden tu illi oculos viere: vt viridis exoritur color
Ex temporibus:atq; fronte: vt oculi ſcintillant vide.
Me. Quid mihi: melius eſt quando illi me inſanire prædicant:
Ego me adſimulem inſanire:vt illos a me abſterream.
Mu. Vt pandiculans oſcitatur.quid nunc faciam mi pater?
Se. Concede huc mea nata ab iſtoc quam potes longiſſime.
Me. Heu hoe atq; heu bromie: quo me in ſiluam venatū vocas.
Audio:ſed non abire poſſum ab his regionibus.

Ita illa me ab leua rabioſa fœmina obſeruat canis.
Poſt autem illic chryſalus: qui ſępe ætate in ſua
Perdidit ciuem innocentem falſo teſtimonio.
Se. Vę capiti tuo. Me. ecce apollo mihi ex araculo imperat:
Vt illi oculos exuram lampadibus ardentibus.
Mu. Peri mi pater minatur mihi oculos exurere.
Me. Hei mihi inſanire me aiunt vltro: cum ipſi in inſaniunt.
Se. Filia. Me. heus qd eſt? qd agim⁹? Se. qd ſi ego huc ſeruos cito.
Ibo abducam qui hunc hinc tollāt: & domi de uinci ant:
Priuſquam turbarum quid faciat. Me. amplius enim hęreo.
Ni occupo aliquid mihi conſilium: hi domum me ad ſe auferent
Pugnis. Mu. notas in huius ore quicquam pater?
Se. Nę iam his oculis abſcedat in malam magnam crucem.
Me. Faciam quod iubes apollo. Se. fuge domum quantū potes:
Ne hic te obtundat. Mu. fugio amabo: obſerua iſtunc mi pater:
Ne quo hinc abeat. ſum ne ego mulier miſera: quę illęc audio
Aut male illunc amo virum hunc impuriſſimum:
Barbatum: tremulum titanum prognatum cygno patre.
Me. Ita mihi imperas vt ego huius membra atq; oſſa atq; artua
Comminuam illo ſcipione: quem ipſe habet. dabitur malum.
Se. Me quidem ſi attigeris: aut ſi propius ad me acceſſeris.
Me. Faciam quod iubes ſecurim capiam ancipitem: atq; hunc
Senem exoſſem: niſi dedolabo aſſulatim viſcera.
Se. Enimuero illud præcauendum eſt atq; accurandum mihi.
Sane ego illum metuo: vt minatur: nequid male faxit mihi.
Me. Multa mihi imperas apollo: nunc equos iunctos iubes
Capere me indomitos feroces: atq; currum inſcendere:
Vt ego hunc poteram leonem gætulum olentem edentibus.
Iam aſcendo in currum. iam lora teneo. iam ſtimulū in manu eſt.
Agite equi. facitote ſonitus vngularum appareant
Curſu celeri. facitote in flexu ſit pedum pernicitas.
Mihin equis iunctis manere: ecce apollo denuo
Me iubes facere impetum in eum qui ſtat: atq; occidere.
Sed quis hic eſt: qui me capillo hinc de curru deripit?
Imperium tuum demutat: atq; edictum apollinis.
Se. Heu hercle morbum acrem & durum. dii veſtram fidem.
Vel hic qui inſanit: quam valuit paulo prius:
Ei de repente tantus morbus incidit.
Ibo atq; accerſam medicum iam quantum poteſt.

Meneçhmus Sacerus ſeruus.

IAm ne iſti abiere quæſo ex conſpectu meo:
Qui me vi cogunt vt validus inſaniam.
Quid ceſſo ire ad nauem: dum ſaluo licet.
Voſq; omnis quæſo ſi ſenex reuenerit:
Ne me indicetis qua platea aufugerim.
Sa. Lumbi ſedendo: oculi ſpectando dolent:
Manendo medicum: dum ſe ex opere recipiat.
Odioſus tandem vix ab ægrotis venit.
Ait ſe obligaſſe crus fractum æſculapio.
Apollini autem brachium. nunc cogito
Vtrum me dicam ducere medicum: ne fabrum.
Atq; eccum incedit. moue formicinum gradum.

Senex Medicus.

QVid eſſe illi morbi dixeras? Me. narra ſenex.
Num laruatus: aut ceritus fac ſciam.
Num eum veternus: aut aqua intercus tenet?
Se. Quin ea cauſa duco te: vt id dicas mihi:
Atq; illum vt ſanum facias. Me. perfacile id quidem eſt
Sanum futurum. mea ego id promitto fide.
Se. Magna cum cura ego illum curari volo.
Me. Quin ſuſpirabo plus ſexcentum in dies:
Ita ego illum cum cura magna curabo tibi.
Se. Atq; eccum ipſum hominem. obſeruemus: quã rem gerat.

Menechmus adol. Senex. Medicus.

HEdepol ne hic dies peruorſus atq; aduorſus mihi obtigit.
Quæ me clam ratus facere: ea omnia fecit palam
Paraſitus: qui me compleuit flagitii & formidinis
Meus vlyſſes ſuo qui regi tantum conciuit mali.
Quem ego hominem ſiquidem viuo: vita ſoluam ſua.
Sed ego ſtultus ſum: qui illius eſſe dico: quæ mea ſit.
Meo cibo & ſumptu educatus eſt: anima priuabo virum.
Condigne autem hęc meretrix fecit: vt mos eſt meretricius:
Quia rogo pallam vt referatur rurſum ad vxorem meam.
Mihi ſe ait dediſſe. heu ædepol næ ego homo viuo miſer?
Se. Audin q̃ loquitur? Me. ſe miſerum prædicat. Se. adeas velim.
Me. Saluus ſis meneçhme. quæſo cur apertas brachium.
Non tu ſcis: quantum iſti morbo nunc tute facias mali?
Me. Quin te tu ſuſpẽdis. Me. ecq̃d ſentis? Me. quidni ſentiam?

Me. Non poteſt hæc res elebori iugere obtinerier.
Sed qd ais menęchme? Me.qd vis? Med.dic mihi hoc qđ te rogo
Album an atrum vinum potas? Me.quin tu is in malam crucem.
Se. Iã hercle occœptat inſanire ꝑmulũ.Me. qn tu me iterrogas
Purpureum panem an puniceũ ſoleam ego eſſe:an luteum?
Soleam ne eſſe auis ſquamoſas:piſcis pennatos.Se.papę
Audin tu vt deliramenta loquitur? quid ceſſas dare
Potionis aliquid:priuſquam percipit inſania?
Me. Mane vero etiam percuntabor alia.Se.occidis. faciam.
Me. Dic mihi hoc.ſolent tibi vnquam oculi duri fieri?
Me. Quid tu me locuſtam cenſes eſſe homo igauiſſime?
Me. Dic mihi en vnquam inteſtina tibi crepant quod ſentias?
Me. Vbi ſatur ſum:nulla crepitant.quãdo eſurio: crepant.
Me. Hoc quidem ędepol haud pro inſano verbũ reſpõdit mihi.
Perdormiſcin vſq; ad lucem? Me.facilin tu dormis curans?
Me. Perdormiſco:ſi reſolui argentum cui debeo.
Me. Quin tu iupiter diq; omnes percunctator perduint.
Se. Nunc homo inſanire incæptat. de illis verbis caue tibi.
Modeſtior nunc quidem eſt de verbis præ vt dudum fuit.
Nam dudum vxorem ſuam eſſe aiebat rabioſam canem.
Me. Quid ego dixi? Se.iſanis in q̃.Me. ego ne? Se.tu iſtic q mihi
Etiam me iunctis quadrigis minitatus proſternere.
Egomet ecce vidi facere: egomet ecce arguo.
Me. At ego te ſacram coronam ſurripuiſſe ioui:
Et ob eam te rem in carcerem te eſſe compactum ſcio.
Et poſtquam es emiſſus: cæſum virgis ſub furca ſcio.
Tum patrem occidiſſe: & matrem vendidiſſe etiam ſcio.
Satin hęc pro ſano maledicta maledictis reſpondeo?
Se. Obſecro hercle medice propere quicquid ſis facturus face.
Non vides hominem inſanire? Me.ſcin quid facias optimum?
Ad me face vt efferatur.Se.itan cenſes? Me.quidni?
Ibi meo arbitratu potero curare hominem.Se.age vt lubet.
Me. At ego te pendentem fodiam ſtimulis triginta dies.
Me. Elleborum potabis faxo aliquot viginti dies.
Accerſe homines qui illum ad me deferant.Se. quot ſunt ſatis?
Me. Proinde vt inſanire videor.Med. quattuor nihilominus.
Se. Iam hic erunt.adſerua tu iſtuc medice.Me.immo ibo domũ:
Vt parentur quibus paratis opus eſt.tu ſeruos iube hunc
Ad me ferant.Se.iam ego illic faxo erit.Me.abeo.Se.vale.

Men. Abiit ſocerus.abiit medicus. nunc ſolus ſum.proh iupiter
Quid illuc eſt:quod hi homines inſanire prædicant?
Neq; inſanio neq; pugnas litesve cœpio
Sanos.ſaluos.alios video.noui homines.adloquor.
An illi perperam inſanire me volunt:ipſi inſaniunt.
Quid ego nunc faciam? domum ire cupio:vxor non ſinit:
Huc autem nemo intromittit: nimis prouentum eſt nequiter.
Hic ero vſq;.ad noctem ſaltem credo inttomittar domum.

Meſſenio Seruus.

SPectamẽ bono ſeruo id eſſe qui rem herilem procurat:videt
Collocat.cogitatq; vt abſente hero re; heri diligẽter tutetur:
Quam ſi ipſe adſit.aut rectius tergum qua; gulam:crura q; vẽtrẽ
Oportet potiora eſſe:cui cor modeſte ſitum eſt.
Recordetur id:qui nihili ſunt: quid iis precii detur
Ab ſuis heris.ignauis.improbis viris verbera.compedes.
Molæ magna laſſitudo.fames.frigus durum.
Hęc precia ſunt ignauię.id ego male malum metuo.
Propterea bonum eſſe certum eſt:potiuſquam malum.
Nam magis multo patior facilius verba.verbera ego odi.
Nimioq; edo libentius molitum:quam mollitum prębeo.
Propterea heri imperium exequor bene & ſedate.
Seruo id:atq; id mihi prodeſt:aliis eſſe ita vt in rem
Eſſe dicunt.ſin ego ero vt me eſſe oportet:mecum id mihi
Adhibeam:culpa abſtineam:hero vt omnibus in locis ſi; pręſto.
Serui qui culpa carent:metuunt: ſolent eſſe heris vtibiles.
Nã illi q nihil metuũt pri⁹:q; malũ ꝓmeritũ ẽ:metuũt. ꝓciũ exol=
Mecũ haud multũ ꝓpe eſt:quãdo ſedulo faciam. (uũt.
Ego exemplo ſeruio.tergi vt in rem eſſe arbitror poſtquam
In tabernam vaſa & ſeruos collocaui:vt iuſſerat.
Ita venio aduorſum.nunc fores pultabo:adeſſe vt me ſciat.
Vtq; meum ex hoc ſaltem epidamnio aluum eluo amphora.
Sed metuo ne ſero veniam depugnato prælio.

Senex Menęchmus Lorarii Meſſenio Seruus.

PEr ego vobis deos atq; homines dico: vt imperium meum
Sapienter habeatis:vtq; imperaui atq; impero:facite
Illic homo iam in medicinam ablatus ſublimẽ ſiet:
Niſi quidem vos veſtra crura aut latera nihilipenditis.
Cauete quiſquam quod illic minitetur voſtrum flocciſecerit.
Quid ſtatis? quid dubitatis? iam ſublimem raptum oportuit.

Ego ibo ad medicum.præſto ero illic:vt venietis.Me.occidi.
Quid hoc eſt negocii?quid illic homines ad me currunt obſecro?
Quid voltis vos?quid quæritatis?quid me circunſiſtitis?
Quo rapitis me?quo fertis me? perii.obſecro voſtram fidem
Epidamnienſes.ſubuenite ciues quid me mittitis?
Meſ. Proh dii imortales obſecro: quid ego oculis aſpicio meis?
Herum meum indigniſſime neſcio quid ſublimem ferunt.
Me.ecqs ſuppetias mihi audet afferre?Meſ.eo here audaciſſime.
O facinus indignum & malum epidamnii ciues.herum
Meū hic ī pacato oppido luci deripier ī via : q liber ad vos venerit
Mittitis?Me.nunc obſeco te quiſquis es:operam mihi vt des:
Neu ſinas in me inſignite fieri tantam iniuriam.
Meſ. Immo & operam dabo:& defendam:& ſubuenibo ſedulo.
Nunquam te patiar perire: me perire citius.
Eripe oculum iſti ab humero qui tenet here te.obſecro
Hiſce ego iam ſementem in ore faciam:pugnoſq; obſeram.
Maximo hodie malo hercle voſtro iſtunc fertis.mittite.
Me. Teneo ego huic oculū.Meſ.face vt oculi loc⁹ ī capite appeat.
Vos ſceleſti:vos rapaces:vos prędones.Lor. perimus.
Obſecro hercle:Meſ. mittite ergo.Me.quid me vobis tactio eſt.
Plecte pugnis.Meſ.agite abite.fugite hinc in malam crucem.
Hem tibi.etiam quia poſtremus cedis: hoc præmii feres.
Nimis haud bene ora commentaui.atq; ex mea ſententia
Aedol here næ tibi ſuppetias tempore adueni modo.
Me. Et tibi di ſemper adoleſcens: quiſquis es: faciant bene.
Nam ſi abſq; te eſſem hodie: nunq̄ ad ſolem occaſum viuerem.
Meſ. Ego ædepol ſi recte facias here me emittas manu.
Me. Liberem ego te?Meſ.verum quando quidē here te ſeruaui.
Me. Quid ē adoleſcēs?erras.Meſ.qd erro.Me.p iouē adiuro pſe3
Me herum tuum nō eſſe.Meſ.non taces?Me.non mentior.
Nec meus ſeruus vnquam tale fecit quale tu mihi.
Meſ. Sic ſine igitur ſi tuū negas me eſſe:abire liberum cūviatico.
Me. Mea quidem hercle cauſa liber eſto:atq; abito quo voles.
Meſ. Nēpe iubes?Me.iubeo hercle: ſi quid imperii eſt ī te mihi.
Meſ. Salue mi patrone.Me.cum tu liber es gaudeo.
Meſ. Credo hercle:ſed patrone te obſecro ne min⁹ īperes mihi:
Quam cum tuus ſeruus fui:apud te habitabo.& quando ibis:vna
Tecum ibo domum.Me.minime.Meſ.nūc ibo in tabernam:vaſa
Et argentū tibi referā.recte eſt obſignatum in vidulo marſupiu3.
·i·in sacco·

Me. Id ſi attulerit: dicam vt a me abeat liber quo volet
Cum viatico. Meſ. id tibi iam nunc afferam. Me. affer ſtrenue.
Meſ. Saluum tibi vt mihi dediſti redhibeo. hic me mane.
Me. Nimia mira mihi quidem hodie exorta ſunt multis modis.
Alii me negant eſſe qui ſum: atq; excludunt foras.
Etiam hic ſeruum eſſe ſe meum aiebat: quem ego emiſi manu.
Is ait ſe allaturum cum argento marſupium.
Id ſi attulerit: dicam vt a me abeat liber quo volet.
Ne dum quando ſanus factus ſit: a me argentum petat.
Socer & medicus me inſanire dicebant: quid ſit:
Mira ſunt hęc: nihilo mihi eſſe videntur ſetius quā inſomnia.
Nunc ibi intro ad hanc meretricem: quamquā ſuccenſet mihi:
Si poſſum exorare vt pallam reddat: quam referam domum.

Menæchmus Soſides Meſſenio ſeruus.

MEn hodie vſquam conueniſſe audax audes dicere
Poſtquam aduorſum mihi imperaui vt huc venires?
Meſ. Quin modo eripui hoies: qui te ferebāt ſublimem q̄ttuor
Apud haſce ædis. tu clamabas deum fidem atq; hominū omniū.
Quin ego accuro: teq; eripio oppugnando. ingratus
Ob eam rem quia te ſeruaui me amiſiſti liberum
Quam argentum dixi me petere & uaſa.
Tu quātum poteſt percurriſti obuiam: vt quæ feciſti inficias eas.
Me. Liberum ego te iuſſi abire? Meſ. certo. Me. cui certiſſimum ſt
Me a te potius fieri ſeruum: quam te vnquā emittam manu.

Menæchmus Meſſenio Soſides Menæchmus.

SI voltis per oculos iurare: nihilo hercle ea cauſa magis
Facietis: vt ego hodie abſtulerim pallā. & ſpinther peſſime.
Meſ. ꝓh dii īmortales qd ego video? Me. qd vides? Meſ. ſpecl'ꝫ tuū
Me. Quid negocii eſt? Meſ. tua eſt imago tā cōſimilis eſt q̄ꝫ pōt
Me. Pol profecto haud diſſimilis: meam formam noſcito.
Me. O adoleſcens ſalue qui me ſeruaſti: quiſquis es.
Meſ. Adoleſcens q̄ſo hercle loquere tuū mihi nomē: niſi piget.
Me. Non me ædepol ita promeruiſti de me: vt pigeat q̄ velis.
Mihi eſt menæchmus nomen. Me. immo ædepol mihi.
Me. Siculus ſum ſyracuſanus. Me. ea domus & patria eſt mihi.
Me. Quid ego ex te audio? Me. hoc quod res eſt. Meſ. noui
Noui equidem hunc. herus eſt meus. ego quidē huius ſeruus ſuꝫ.
Sed me eſſe huius credidi: ego hunc cenſebam eſſe te.
Huic etiā exhibui negociū. quęſo ignoſcas: ſiquid ſtulte dixi atq;

Imprudenter tibi.Me.delirare mihi videre. nō commeminiſti
Simul te hodie mecum exire e naui? Meſ.æquum poſtulas.
Tu herus es. tu ſeruum quære.ſalueto tu:tu vale.
Hūc ego eſſe aio menęchmū.Me.at ego me.Meſ.q̄ hæc fabula ē?
Tu es menęchmus.Me.me eſſe dico moſcho prognatum patre.
Me. Tu nā meo patre es prognat⁹?Me.immo quidē adoleſcens
Nec tuum tibi neqꝫ occupare neqꝫ pręripere poſtulo.
Meſ. Dii immortales ſpem inſpectam date mihi: quaꝫ ſuſpicor.
Nā niſi me anim⁹ fallit: hi ſunt gemini germani duo.nā & patrem
Et matrem commemorant pariter qui fuerunt ſibi.
Sed vocabo herū.menęchme?Me.quid vis?Meſ.nō ambos volo.
Sed vter veſtrum eſt aduectus naui mecum.Me.non ego?
Meſ. At ego te volo igitur huc concede.Me.conceſſi.quid eſt?
Meſ. Illic homo aut ſycophanta aut geminus eſt frater tuus.
Nam ego hominem homini ſimiliorem vnquā vidi alterum:
Nec aqua aquæ.nec lacte lacti crede mihi vſquam ſimilius:
Quam hic tui eſt:tuqꝫ huius. poſtea autē eandē patriā ac patrem
Memorat.melius nos adire atqꝫ hunc percunctarier.
Me. Hercle quin tu me admonuiſti recte.habeo gratiam.
Perge operam dare obſecro hercle.liber eſto: ſi inuentus.
Hunc fratrem meum eſſe ſpero.Meſ.& ego idem ſpero fore.
Quid ais tu.menęchmū opinor te vocari dixeras.Me.ita vero.
Meſ.Huic itē menęchmo nomē ē.ī ſicilia ſyracuſis natū eē dixiſti.
Hic natus eſt ibi.moſchum tibi patrē fuiſſe dixti: huic itidem fuit.
Nūc operā poteſtis ambo mihi dare & vobis ſimul.Me.ꝓmeruiſti
Vt ne quid ores:qđ velis quin impetres.Meſ.tanq̄ ſi me emeris
Argento: liber ſeruibo tibi. ſpes mihi eſt vos inuenturos fratres
Germanos duos geimnos:vna mr̄e natos:& prē vno:vno die.
Me.mira mēoras.vtinā efficeř qđ pollicit⁹ poſſis.Meſ.poſſū ſꝫ nūc
Agite vterqꝫ id qđ rogabo: dicite.Me.vbi lubet: roga.rñdebo.
Nihil reticebo qđ ſciaꝫ. Meſ.eſt nomē menęchmus? Me.fateor.
Meſ.Eſt idē tibi?Me.ē.Meſ.prēꝫ fuiſſe moſchū tibi ais?Me.ita vō
Me. Et mihi.Meſ.es ne tu ſyracuſanus? Me.certo.
Meſ. Quid tu?Me.quippin.Meſ.optime
Vſqꝫ adhuc cōueniunt ſigna. porro operam date. quid lōgiſſime
Meminiſti dic mihi in patria tua?Me.cum patre vt abii tarentum
Ad mercatū:poſtea inter hoīes me de errare a prē: atqꝫ īde auehi.
Me. Iupiter ſupreme ſerua me.Meſ.quid clamas?quin taces?
Quot eras annos nat⁹:cū te pater a prīa auehit?Me.ſeptuennis.

Natum tu; dentes cadebāt primulū: neq; patrē vnq̄; poſtilla vidi.
Meſ.qd voſtrū pr̄i filii q̄t eratis? Me. & nūc maxīe memini duo.
Meſ. Vter eratis tū aut ille maior? Me.æq; ambo pes. Meſ q pōt?
Me. Gemini ābo eram⁹.Me.dii me p̄uatū volūt.Meſ.ſi īterpellaſ:
Ego tacebo.Me·poti⁹ tacebo.Meſ.dic mihi vno noīe ābo eratis?
Me. Minime. nā mihi erat qđ nūc ē menęchm⁹:illū tū vocabāt
Soſidem.Me.ſigna cognoui.contineri quin complectar nō queo
Mi germane:gemine frater ſalue. ego ſum ſoſides.
Me. Quomodo igitur poſt menęchmo nomen eſt factum tibi?
Me. Poſtquā ad nos renunciatū eſt te & patrem eſſe mortuum:
Auos noſter mutauit: quod tibi nomen eſt fecit mihi.
Me. Hercle ita factum eſt vt dicis.Meſ.ſed mihi hoc reſpōdeto.
Me. Roga.Meſ.quid erat veſtræ matri? Me.theuſimarce.
Meſ.Cōuenit.M e. o ſalue inſperate multis ānis poſtq̄; cōſpicor.
So. Frater & tu quem multis miſeris laboribus
Vſq; adhuc quęſiui:quenq; ego eſſe inuentum gaudeo.
Meſ. Hoc erat quod hęc te meretrix huius vocabat nomine.
Hunc cenſebat te eſſe:credo cum vocat te ad prandium.
Me. Nanq; ædepol hic mihi hodie iuſſi prandium apparandu;
Clam meam vxorem: quia pallam ſubripui dudum domo.
Eam dedi huic.So.hanc dicis frater pallam: quam ego habeo?
Me. Quomodo ad te peruenit? So.meretrix hęc ad prandium
Me adduxit: me ſibi dediſſe aiebat: prandi perbene.
Potaui atq; accubui ſcortum pallam & aurum hoc.
Me. Gaudeo ædepol ſiquid propter me tibi euenit boni.
Nam illa cum te ad ſe vocabat me eſſe credidit.
Meſ. Nunquid me morare: quin ego liber: vt iuſſi eam.
Me. Optimum atq; ęquiſſimum orat frater. fac cauſa mea.
So. Liber eſto.Me.cum tu es liber gaudeo meſſenio.
So. Sed m eliore eſt opus auſpicio liber perpetuo vt ſies
Quoniam hęc euenerum frater noſtra ex ſententia.
In patriam redeamus ambo.Me. frater faciam vt voles.
Auctionem hic faciam: & vendam quicquid eſt.interim
Eam⁹ intro frater.So.fiat.Meſ.ſcitin quid ego vos rogo? So. qd
Meſ. Præconium vt mihi detis.Me. dabitur ergo nunc iam.
Meſ. Vis conclamari auctionem fore quidem.Me.die ſeptimi
Auctio fiet.Meſ.menæchme.Me. mane ſane ſeptimi
Venibunt ſerui:ſupellex:fundi:ædes: omnia venibunt quiqui
Licebūt:præſenti pecunia.venibit vxor quoq;: & iā ſi qs emptor

Venerit.vix credo tota auctione capiet quinquagies.
Nunc ſpectatores valete:& nobis clare applaudite.

## Plauti Sarſinatæ Miles.

### Argumentum.

MEretricem athenis epheſum miles auehit.
Id dum hero amanti ſeruus nunciare volt
Legato:peregre ipſus captus in mari.
Et eidem illi militi dono datus eſt.
Suum arceſſit herum athenis.forat
Geminis communem ſuum parietem in ædibus:
Licere vt quirent conuenire amantibus.
Obhęrentis cuſtos hos vidit de tegulis.
Rediculus autem quaſi ſit alia deluditur
Itemq; impellit militem palæſtrio
Omiſſam faciat concubinam: quando cælibis
Senis vicini cupiat vxor nubere.
Vltro habeat.orat.donat multa.ipſe in domo
Senis prehenſus pœnas pro mœcho luit.

### Aliud argumentum.

MEretricem ingenuam deperibat mutuo
Athenienſis iuuenis.naupactum domo
Legatus abiit.miles in eandem incidit.
Deportat epeſum inuitam.ſeruos attici
Vt nunciaret domino factum:nauigat.
Capitur.donatur illi captus militi.
Ad herum vt veniret epheſum ſcribit.aduolat
Adoleſcens:atq; in proxumo diuortitur
Apud hoſpitem paternum.medium parietem
Perfodit ſeruos: commeatus clanculum
Qua foret amantium.geminam fingit mulier
Sororem.ait eſſe mox ei dominus ædium
Suam clientam:ſollicitandum ad militem
Subornat.capitur ille.ſperat nuptias.
Dimittit concubinam:& mœchus vapulat.

Pyrgopolynices Miles Artotrogus Paraſit⁹.

CVrate vt ſplendor meo ſit clypeo clarior: quam ſolis radii
Eſſe olim cum ſuduſt:ſolent.vt vbi vſus veniat cõtra
Conſerta manu:perſtringat oculorum aciem in acie hoſtibus.

Nam ego hanc macheram mihi conſolari volo: ne lamentetur:
Ne ve animum deſpondeat: quia ſe iampridem feriatam
Geſtitem: quæ miſera geſtitet fratrem facere ex hoſtibus.
Sed vbi artotrogus? Art. hic eſt. ſtat propter virum
Fortem atq; fortunatum: & forma regia. tum bellator mars
Haud auſit dicere: neq; æquiparere ſuas virtutes ad tuas.
Pyr. Quem ne ego ſeruaui in campis curriculis donis: vbi
Bembinatidis belluę inſtar erat arcadius imperator
Summus neptuni nepos. Art. memini. nempe illum
Dicis cum armis aureis. cuius tu legiones difflauiſti ſpiritu:
Quaſi ventus folia aut penniculum tectorium.
Pyr. Iſtuc quidē ædepol nihil eſt. Art. nihil hercle hoc quidem
Præ vt alia dicam tu quæ nunquam feceris. periuriorem
Hoc homine ſi quis viderit: aut gloriarum pleniorem q̄ illic eſt:
Me ſibi habeto: & ego me mancupio dabo:
Si vnū epityrum edam apud illū eſuriens inſane. Py. vbi tu es?
Art. Eccū ædepol elephanto in india quo pacto pugno p̄fregiſti
Bracchium. Pyr. quid bracchiū? Art. illud dicere volui femur.
At diligenter hic erro. pol ſi quidem connixus eſſes per corium:
Per viſcera: perq; os elephantis tranſmitteres bracchium.
Pyr. Nolo iſtęc hic nūc. Art. ne hercle. operepreciū id eſt mihi te
Enarare: tuas qui virtutes ſciā. vēter creat oīs has ærūnas: auribꝰ
Perau dienda ſunt: ne dentes dentiant: & aſſentandum eſt
Quicquid hic mentibitur. Pyr. qd illuc qđ dico? Art. hem ſcio iā
Quid vis dicere. factū eſt hercle. memini fieri. Pyr. quid id eſt.
Art. Quicqd ē. Pyr. habes tabellas? Art. vis rogare: habeo & ſtilū.
Pyr. Facete aduertis tuum animum ad animam meam.
Art. Nouiſſe mores me tuos meditate decet: curamq; adhibere
Vt præuolet mihi quo tu velis. Pyr. ecquid meminiſti?
Art. Memini centū in cilicia: & quinquaginta centū in ſicyone.
Triginta ſardis. ſexaginta macedones ſunt homines: quos
Tu occidiſti vno die. Pyr. quāta iſtæc hominum ſumma eſt.
Art. Septem milia. Pyr. tantum eſſe oportet. recte rationem
Tenes. Art. at nullos habeo ſcriptos. ſic memini tamen.
Pyr. Aedepol memoria eſt optima. Art. offa emonet.
Pyr. Dum tale facies: quale adhuc aſſiduo edis: communicabo
Te ſemp menſa mea. Art. quid in cappadocia: vbi tu quingētos
Simul: ni hebes machera foret: vno ictu occideres.
At pedites reliquiæ erant: ſi viuerent.

Miles.

Quid tibi ego dicam: quod omnes mortales ſciunt.
Pyrgopolynicem te vnum in terra viuere
Virtute & forma & factis inuictis ſummis.
Amant te omnes mulieres: neq; iniuria:
Qui ſis tam pulcher. vel illæ quæ here pallio
Me reprehendere.Pyr. quid here dixere tibi?
Art. Rogitabant hic ne achilles eſt inquit tibi?
Immo eius frater inquam. innuit illarum altera.'
Ergo me caſtor pulcher hic inquit mihi
Et liberalis viſus eſt.cæſaries quam decet?
Næ illę ſunt fortunatę: quæ cum iſto cubant.
Pyr. Ita ne dicunt tandem? Art. quę me ambæ obſecrauerint:
Vt hodie quaſi pompam illac pręterducerem.
Pyr. Nimia eſt miſera nimis pulchrum eſſe hominem.
Art. Moleſtæ ſunt.orant.ambiunt.obſecrant
Videre vt liceat:ad ſeſe accerſi iubent:
Vt vna liceat adire operam negocii.
Pyr. Videtur.tempus eſſe:vt eamus ad forum:
Vt in tabellis quas conſignaui hic heri:
Latronibus denumerem ſtipendium.
Nam rex ſeleucus me opere orauit maxumo:
Vt ſibi latrones cogerem: & conſcriberem
Regi.hunc diem mihi operam decretum eſt dare.
Art. Age eamus ergo.Pyr. ſequimini ſatellites.

Paleſtrio ſeruus.

Mihi ad enarrandum hoc argumentum eſt comitas
Si ad auſcultandum veſtra erit benignitas.
Qui autem auſcultare nollet: exurgeat foras:
Vt ſit vbi ſedeat ille:qui auſcultare volt.
Nunc qua aſſedi cauſa in feſtiuo loco:
Comœdiæ quam acturi ſumus
Et argumentum & nomen vobis eloquar.
Alazon græce huic nomen comœdiæ:
Id nos latine glorioſum dicimus.hoc oppidum
Epheſum eſt.miles meus herus: qui hinc
Ad forum abiit.glorioſus.impudens.
Stercoreus. plenus periurii atq; adulterii.
Ait ſeſe vltro omnis mulieres ſectarier.
Is deriſui eſt qua qua incedit omnibus:

Itaq; hic meretrices labiis dum ducant eum
Maiorem partem videas valgis ſuauiis nictantes.
Nam ego iandiu apud huic ſeruitutem ſeruio.
Id volo vos ſcire quomodo ad hunc deuenerim
In ſeruitutem ab eo: cui ſeruiui prius.
Date operam. nam nunc argumentum exordiar.
Erat herus athenis mihi aduleſceus optumus.
Is amabat meretricem matre athenis atticis:
Et illa illum contra: qui eſt amor cultu optimus.
Is publice legatus naupactum fuit magna reipu. gr̃a.
Interim iuit hinc miles. forte athenas aduenit.
Inſinuat ſeſe ad illam amicam. haberi
Occœpit eius matris culpa pariter
Vino. ornamentis. opipariſq; obſoniis.
Itaq; intimum ibi ſe miles apud lenam facit.
Vbi primũ euenit: ſublinit os illi lenę matri muelieris:
Quam herus meus amabat. nam is illius filiam
Compegit in nauem miles clam matre ſua:
Eamq; inuitam huc mulierem in epheſum auehit.
Ego quantum vnus poſſum mihi nauem paro.
Vbi amicam herilem athenis auectam ſcio:
Inſcendo vt eam rem naupactum ad herum nunciem.
Vbi ſumus prouecti in altum: ſicut volunt:
Capiunt prædones nauem illam vbi vectus fui.
Prius perii: quam ad herum veni: quo ire occœperam.
Ille qui me cepit: dat me huic dono militi.
Hic poſtquam in ædis me ad ſe duxit domum:
Video illam amicam herilem athenis quæ fuit.
Vbi contra aſpexit me: oculis mihi ſignum dedit
Ne ſe appellarem. dein poſtquam occaſio eſt:
Conqueritur mecum mulier fortunas ſuas.
Ait ſeſe athenas fugere cupere ex hac domu.
Seſe illum amare meum herum athenis qui fuit.
Neq; peius quemquam odiſſe: quam iſtum militem.
Ego quoniam inſpexi mulieris ſententiam:
Cepi tabellas: conſignaui clanculum.
Dedi mercatori cuidam: qui ad illum deferat'
Meum herum: qui athenis fuerat: qui hãc amauerat.
Vt is huc veniret. is non ſpreuit nuncium.

Nam & venit:& in proxumo hic diuortitur
Apnd ſuum paternum hoſpitem lepidum ſenem.
Itaq; ille amanti ſuo hoſpiti morem gerit.
Noſq; opera conſilioq; adhortatur.iuuat.
Itaq; ego paraui hic intus magnas machinas:
Qui amantes vna inter ſe facerent conuenientias.
Nam vnum conclaue concubinę quidem dedit
Miles:quo nemo niſi ea inferret pedem.
In eo conclaui ego por fidi parietem: pfodi
Qua commeatus clam eſſet hic huic mulieri.
Et ſene ſciente hoc feci.is conſilium dedit.
Nam meus conſeruus eſt homo haud magni precii:
Quem concubinę miles cuſtodem addidit.
Ei nos factitiis fabricis & doctis dolis
Glaucomam ob oculos obiiciemus:eumq; ita
Faciemus:vt quid viderit:non viderit.
Et mox ne erretis: hæc duarum hodie vicem
Et hinc & illinc mulier fert imaginem:
Atq; eadem erit:verum alia eſſe aſſimulabitur
Ita ſublinitur os cuſtodi mulieris.
Sed foris concrepuit hinc a vicino ſenis.
Ipſe exit.hic ille eſt lepidus quem dixi ſenex.

Periplectomenus ſenex. Palæſtrio ſeruus.

NI hercle defregeritis talos poſthac: quemq; in tegulis
Videritis alienum: ego veſtra faciam latera loreare.
Mihi quidem iam arbitri viſunt meæ quid fiat domi:
Ita per impluuium intro ſpectant.nunc adeo edico omnibus:
Quemq; a milite huc videritis hominem in noſtris tegulis
Extra vnum paleſtrionem:hunc deturbatote in via.
Quod ille gallinam aut columbam ſe ſectari aut ſimiam
Dicat:periſtis ni vſq; ad mortem male mulctatis.
Atq; adeo vt ne legi fraudem faciam talariæ:
Accuratote.vt ſine aliis domi agitem conuiuium.
Pal. Neſcio quid malefactū noſtra huic familia eſt: quātū audio:
Ita hic ſenex talos elidi iuſſit conſeruis meis.
Sed me excepit. nihilifacio quid illis faciat cæteris.
Aggrediar hominem.eſt ne aduorſum?eſt quaſi.
Quid agis periplectomene? Per.haud multos hoīcs ſi optandum
Fuerit nunc videre & venire quam te mauellem.Pal.quid eſt?

Quid negocii eſt? Per. res palam eſt. Pa. quæ res palam eſt?
Per. De tegulis mō neſcio quis inſpectauit veſtrorū familiarium
Per nrm impluuiū intus apud nos philochomaſiū atq; hoſpitē
Oſculantis. Pal. quis homo vidit? Pe. tuus conſeruus.
Pal. Quis is erit hō? Per neſcio. ita abripuit repēte ſeſe ſubito.
Pal. Suſpicor me periſſe. Per. vbi abiit: cōclāo heus qd agis tu inq̄?
Ille mihi abiens ita reſpondit: ſe ſectari ſimiam.
Pal. Væ mihi miſero cui pereundum eſt propter nihili beſtiam.
Sed philochomaſium hiccine ēt eſt nunc? Per. cū exibā: hic erat.
Pal. Si eſt: iube tranſire huc quantum poſſit: ſe vt videant domi
Familiares: niſi quidem illa nos volt: qui ſerui ſumus
Propter ſuum omnis crucibus contubernalis dari.
Per. Dixi ego iſtuc: niſi quid aliud vis. Pal. volo hoc dicito.
Paretq; artem & diſciplinā obtineat: colorem. & quēadmodum
Vt eum qui hic ſe vidit: vtrum iunctum iunctam ve eſſe viderit.
Si quidem centies hic viſa ſit: tamen inficias eat.
Os habet. linguam. perfidiam. maliciam. atq; audaciam.
Confidentiam. conformitatem. fraudulentiam.
Qui arguat ſe: eum contra vincat iureiurando ſuo.
Domi habet animum falſiloquum. falſificum. falſiiurium.
Domi dolos. domi dolonefica facta. domi fallacias.
Nam mulier olitori nunquam ſupplicat. ſi qua eſt mala:
Domi habet hortum & condimenta ad omnis molis mellifica.
Per. Ego iſtæc ſi erit hic nunciabo. ſed quid eſt palæſtrio
Quod voluis aſtute tecum in corde? Pal. pauliſper tace:
Dum ego mihi conſilia in animum conuoco. & dum conſulo
Quid agam. quem dolum doloſo contra conſeruo parem:
Qui illam hic vidit oſculantem: id viſum ne viſum ſit
Quæro. Per. ego hinc abſceſſero abs te. huc interī illuc ſis vide.
Quemadmodum aſtitit ſeuera fronte curas cogitans.
Pectus digitis pultat cor credo euocaturus foras.
Ecce autem auortit nixus leua: in fœmina habet leuam manum.
Dextra digitis rationem computat feriens fœmur
Dextrum: ita vehæmenter quid factu ægre ſuppetit
Concrepuit digitis. laborat crebro. commutat ſtatus?
Ecce autem capite nutat. non placet quod repperit.
Quidquid eſt incoctum non exprimit. bene coctum id dabit.
Ecce autem ædificat. columnam mento ſuffulſit ſuo.
Apage non placet profecto mihi illa ædificatio.

Nam hoc columin atim poetæ eſſe inaudiui barbaro.
Cui vini cuſtodes ſemper totis horis occubant.
Euge euſcheme hercle aſtitit & dulce & comœdice.
Nunquam hodie quieſcet: prius ꝙ̃ id quod petit perficit.
Habet opinor. age ſi quid agis. vigila. ne ſomno ſtude:
Niſi quidem hic agitari mauis virgis. vigila.
Tibi ego dico. an euritatus ne ſis. heus te adloqui paleſtrio.
Vigila inquam. expergiſ inquam. lucet. hoc inquam. Pal. audio.
Per. Viden hoſtis tibi adeſſe? quære ergo obſidium. conſule.
Aripe opē auxiliumq; ad hanc rē propere. hoc nō placide decet.
Ante mœnia aliqua aliquos ante te circunducere excercitus.
Cor in obſidium perduellis noſtris præſidium para.
Intercludc inimicis commeatum. tibi muni viam:
Qua cibatus commeatuſq; ad te & legiones tuas
Tuto poſſuit peruenire. hanc rem age. res ſubitaria eſt.
Reperi. cominiſcere. cedo callidum conſilium cito.
Quæ hic eſt viſa: vt viſa non ſiet. facta infacta vt ſient.
Magnum illic honorem incipis: ſed magna munis mœnia.
Pal. Tu te vnus ſi recipere hoc ad te dicis: confidentia eſt
Nos inimicos confligare poſſe. Per. dico & recipio
Ad me. & ego imperatorem dicam id quod petis.
Pal. At te iupiter bñ amet. Per. at imp̄ti me: qđ cōmētꝰ. Pal. tace
Dum in regionem aſtutiarum mearum te induco: vt ſcias
Iuxta mecum mea conſilia. Per. ſalua ſumes indidem.
Pal. Herus meus elephanti corio circuntectus non ſuo:
Neq; habet plus ſapientię ꝙ̃ lapis. Per. ego iſtuc ſcio.
Pal. Nunc ſi rationem incipio: hanc inſtituam aſtutiam.
Vt philocomaſium huic ſororem geminam germanam alteram
Dicā athenis adueniſſe: & cum amatore aliquo ſuo
Tam ſimilem ꝙ̃ lacte lacti eſt. apud te eos hic diuortier
Dicam hoſpitio. Per. euge euge lepide laudo commentum
Cōtra cōſeruū tuū. Pal. vix illic cū criminatus ſit aduerſū militē
Meus conſeruus eam vidiſſe hic: cum alieno oſculari: eam arguā
Vidiſſe apud te cum ſuo amatore amplexantem: atq;
Oſculantem. Per. immo vt optume
Idem ego dicam ſi me exquiret miles. Pal. ſed ſimillimas
Dicito eſſe & philocomaſio: id precipiendum eſt vt ſciat:
Ne titubet: ſi quæret ex ea miles. Per. nimis doctum dolum.
Sed ſi ambas videre in vno miles conſilio volet:

Quid agimus? Pal. facile eſt. trecentę poſſunt cauſæ concinni.
Non domiſt. abiit ambulatum. dormit. ornatur. lauat.
Prandet. potat. ccupataſt opere. non eſt: non poteſt.
Quantum vis prolationum: dummodo nunc prima via
Inducamus vera vt eſſe credat: quę mentibimur.
Per. Placet vt dicis. Pal. intro abi ergo. & ſi iſtic ē mulier: eā iube
Cito domum tranſire: atq; hoc ei monſtra. præcipe
Vt teneat conſilia noſtra: quemadmodum exorſi ſumus
De gemina ſorore. Per. docte tibi illam perdoctam dabo.
Nunquid aliud? Pal. intro vt abeas. Per. abeo equidem igitur.
Pal. Ego ibo domū hoīem inueſtigādo: opam hāc diſſimulando
Qui fuerit conſeruus: qui hodie fuerit ſectatus ſimiam.
Nam ille non potuit quin ſermoni ſuo aliquem familierem
Participauerit de amica heri qui vidiſſet eam hic in proximo
Oſculantem cum alieno adoleſcentulo. noui morem ego:
Et tacere ſolus ſcio. ſi inuenio qui vidit: adeum
Vineas pluteoſq; agam. res parataſt: impugnandoq;
Capere certa res eſt. ſi ita non repperio: ibo odorans quaſi
Canis venaticus: vſq; donec per ſecutus volpem ero veſtigiis.
Sed fores concrepuerunt noſtræ. ego voce moderabo me.
Nam illic eſt philocomaſio cuſtos meus conſeruus: atq; it foras.

Sceledrus. Palæſtrio ſerui duo.

NIſi quidē ego hodie ambulaui dormiens in tegulis: certo
Aedepol ſcio me vidiſſe hic: in proximo vicini philocomaſiū
Herilem amicam ſibi alium quærere. Pal. hic illam vidit
Oſculantē: quantum hunc audiui loquentem. Sce. quis hic eſt?
Pal. Tuus cōſeruus. quid agis ſceledre? Sce. te paleſtrio volupeſt
Cōueniſſe. Pal. quid iam: aut quid negocii: fac ſciā. Sce. metuo.
Pal. Quid metuis? Sce. ne hercle hodie quātum hic familiarū ē
Maximum in malum cruciatumq; inſiliamus. Pal. tu ſali ſolus.
Nam ego iſtam inſulturam: & deſulturam nihil hic moror.
Sce. Neſcis tu fortaſſe apud nos facinus quod natum eſt nouum?
Pal. Quid id eſt facinus? Sce. impudicū. Pal. tu te ſcis ſoli te tibi.
Mihi ne dixis. ſcire nolo. Sce. non enim faciam quin ſcias.
Simiam hodie ſum ſectatus nr̄am in horum tegulis. Pal. ædepol
Sceledre homo ſectatus nihili nequā beſtiā. Sce. di te perdant.
Pal. Te iſtuc æquū quomodo occepiſti eloqui. Sce. forte fortuna
Per impluuium huc deſpexi proximum: atq; ego illic aſpicio
Oſculantē philocomaſium cum altero neſcio quo adoleſcente.

Pal. Quod ego ſceledre ſcelus ex te audio? Sce. profecto vidi.
Pal. Tu ten. Sce. egomet duobus his oculis meis.
Pal. Abi non veriſimile dicis: neq; vidiſti. Sce. nunc tibi lippus
Videor? Pal. medicum iſtuc tibi melius percontarier.
Verum enim ſi te di ament: temere hanc dedolas tabulam tuis
Nunc cruribus, capitiq; fraudem capitalẽ hinc creas iam tibi: iam
Vt pereas: paratũ eſt dupliciter: niſi ſupprimas tuũ ſtultiloquiũ.
Sce. Qui vero dupliciter? Pal. id dicã tibi. primũ dum ſi falſum
Inſimulas philocomaſium hoc perieris. iterum ſi id verum eſt:
Tu ei cuſtos additus perieris. Sce. quid ad me? Pal. at neſcio.
Sce. Hæc me vidiſſe ego certo ſcio. Pal. pergin infœlix?
Sce. Quid vis dicã: niſi qđ viderĩ. qn ẽt nũc int⁹ hic ĩ ꝓxumo eſt.
Pal. Eho an non domi eſt? Sce. viſe. abi intro tute. nam ego mihi
Nihil credi poſtulo. Pal. certum eſt facere. Sce. hic te opperiar.
Pal. Ei inſidias dabo: quam mox ad ſtabulum iuuenis recipiat
Se pabulo. Sce. quid ego nũc faciã? cuſtodẽ me ille miles tradidit.
Nunc ſi indicium facio: interii. ſi taceo: tametſi hoc palam fuerit.
Quid peius muliere atq; audacius. dum ergo in tegulis ſum:
Illec ſumpto hoſpitio exit foras. ædepol facinus fecit audax.
Hoccine ſimile faciat. credo alius tollat ædis totas. ſi tollat
At quẽ hic? crucẽ. hercle qcqd eſt muſſitabo poti⁹ q̃ itereã male.
Non ego poſſum quę ipſa ſeſe venditat curarier.
Pal. Sceledre ſceledre. Sce. qs hõ intermiat? Pal. eſt alter audacior:
Qui magis inimicicias quam tu adquirat. Sce. quid eſt?
Pal. Iube nũc tibi oculos effodiri: quibus id quod nuſq̃ eſt vides.
Sce. Quid nuſquã? Pal. nõ ego nũc emam vitã tuã vitioſa nuce.
Sce. Quid negocii eſt? Pal. q̇d negocii ſit rogas? Sce. cur nõ rogẽ?
Pal. Non ne tibi iſtam prætruncari linguam largiloquã iubes?
Sce. Quãobrẽ iubeã? Pal. philocomaſiũ eccã domi: quã ĩ ꝓximo
Vidiſſe te aiebas oſculantem: atq; amplectantem cum altero.
Sce. Miruſt lolio victitare & tam vili tritico. Pal. quid iam?
Sce. Quia luſcioſus. Pal. verbero ædepol tu eqdẽ cęc⁹ nõ luſcioſus.
Nã illã quidẽ vidi domi. Sce. quid domi? Pal. domi hercle vero.
Sce. Abi ludis ne paleſtrio? Pal. tam mihi ſunt manus inqnatæ?
Sce. Quid dũ? Pal. qa luto eã. Sce. vę capiti tuo. Pal. iſtuc ſceledre
Promitto fore: niſi oculos orationemq; aliam committas tibi.
Sed fores concrepuerunt noſtrę. Sce. at ego illas obſeruo fores.
Nam nihil eſt: qua hinc huc tranſire ea poſſit: niſi recto oſtio.
Pal. qn domi eccã. Sce. neſcio vtiq;. Pal. ſceledre ſceledre ſuſcita te.

Sce. Mihi ego video:mihi ego ſapio:ego credo plurimum.
Me homo nemo deterreat:quin ea ſit in his ædibus.
Hic obſiſtam:ne imprudenti hic ea ſe ſubrepſit mihi.
Pal. Meus illic hō eſt.deturbabo iā hic ego illū de ꝓpugnaculis.
Vim iam faciam:vt ſtultum dum fateare? Sce.age face.
Pal.Neq; te q̄q̄ ſape corde: neq; oculis vti?Sce.ſcio neq; ſolariū
Neq; hortū:niſi per impluuiū ſcio.Pal.quid nunc ſi ea domi eſt.
Si facio vt eā hinc exire videas: dignus es verberibus multis?
Sce. Dign⁹.Pal.fua iſtas fores ne tibi eadē ſubterducat iſtic atq;
Trāſeat.Sce.cōſiliū ē ita facer̄.Pal.pedes ego iā illā huc tibi (huc
Siſtā in viam.Sce.agedū ergo face volo ſcire vtrū ego id qđ mihi
Vidi viderim:an illic faciat:quod facturū dicit:vt ea ſit domi.
Nam ego quidem meos oculos habeo: neq; rogo vtendos foris:
Sed hic illi ſubparaſitatus ſemper:hic ei proximus
Primus ad cibum vocatur primo pulmentum datur.
Nam illic noſter eſt fortaſſe circiter triennium.
Neq; cuiquam quam illi noſtra melius famulo familia.
Sed ego quid ago.at me agere oportet hoc obſeruare oſtium.
Hic obſiſtam.hac quidem pol certo verba mihi nunquam dabūt.

Palæſtrio. Philocomaſium.Sceledrus.

PRæcepta facito vt meminеris.Phi.tolle monere. mirum eſt.
Pal. At metuo vt ſatis ſis ſubdola.Phi.ne doceto.memini
Malas:vt ſint male.mihi ſola ego ſuperſum.Pal.age nunc iam
Inſiſte in dolos.ego abs te procul recedam. o quid aſtas
Sceledre?Sce.hanc rem gero.habeo auris.loquere quid vis.
Pal. Credo ego iſto exēplo tibi eſſe eūdū eſſe actutū extra portā
Diſpeſſis manibus patibulū cum habebis.Sce.quam nā ob rem?
Pal. Reſpice dū ad leuā.qs illęc eſt mulier? Sce.proh di īmortales
Heri concubina eſt hęc quidem.Pal.mihi quoq; pol ita videtur.
Age nunc iam quando lubet.Sce.quid agam?peri perpropere.
Phi. Vbi iſte bonus ſeruus:qui me maxume innocentem
Falſo inſimulauit?hem tibi.Pal.hic dixit.Phi.tibi
Quem dixiſti tu te me vidiſſe in proxumo hic ſceleſte oſculantē?
Pal. Atq; cum alieno adoleſcentulo dixit.Sce.dixi hercle vero.
Phi. Tun me vidiſti?Sce.atq; his qdē oculis.Phi.carebis credo:
Qui plus vident q̄ quod vident.Sce.nunquā hercle deterrebor:
Quin viderim id quod viderim.Phi.ego ſtulta moror multum:
Quæ cum hoc inſano fabulem: quem pol ego capitis perdam.
Sce. Noli minitari.ſcio crucē futuram mihi ſepulchrum.ibi mei
Maiores ſunt ſiti.pater.auus.proauus.abauus.

Non mihi poſſunt minaciis tuis hiſce oculi fodiri.
Sed paucis verbis te volo palæſtrio.obſecro vnde exit hęc?
Pal. Vnde niſi domo.Sce.domo? Pal.me vidente video.
Sce. Mirumeſt facinus q uomodo hæc hic tranſire potuerit.
Nam certo neq; ſolarium apud nos:neq; hortus vllus:neq;
Feneſtra niſi clathrata.nam certo certo te intus vidi.Pal. pergis
Sceleſte intendere:& hanc arguere?Phi.ecaſtor ergo mihi
Haud falſum euenit ſomnium:quod noctu hac ſomniaui.
Pal. Quid ſomniauiſti?Phi.ego eloquar:ſed amabo aduortito
Animum.hac nocte in ſomnis mea ſoror gemina & germana
Viſa veniſſe athenis in epheſum cum ſuo amatore quodam.
Hi ambo hoſpitio huc in proximum mihi diuorti ſunt viſi.
Sce.Palæſtrioni ſomniū narratur.Pal.perge porro.Phi.ergo lęta
Viſa:quia ſoror veniſſet.propter eandē ſuſpitionem maxumum
Sum viſa ſuſtinere:nam arguere in ſomnis me familiaris meus
Mihi viſus eſt me cum alieno adoleſcentulo:quaſi nunc eſt
Oſculatam eſſe cum illa oſculta mea ſoror gemina eſſet ſuum
Amicum:ita me inſimulatam perperam eſſe ſomniaui.
Pal. Satin eadē vigilanti expetunt:quæ in ſomnis viſa memoras:
Heua hercle præſenti iam omnia .abi.intro:& comprecare.
Narrandum ego iſtuc militi cenſebo.Phi.facere certum:neq;
Me quidē patiar perdi falſo impune inſimulatā.Sce.timeo quid
Rerum geſſerim:ita dorſum totum prurit.Pal.ſcin te periſſe nūc?
Quid eſt domi certo.Sce.certa res eſt nunc nrm obſeruare oſtiū:
Vbi eſſet.Pal. at ſceledre quæſo vt ad id exemplum ſomnium
Quaſi ſimile ſomniauit:atq; vt tu ſuſpicatus es eam vidiſſe
Oſculātē.Sce.me eā nō vidiſſe arbitraris?Pal.næ tu hercle opīor.
Obſecro reſpice.ſi ad herum hęc res peruenit:periſti pulchre.
Sce. Nunc demū experior prius ob oculos caliginem obtigiſſe.
Pal. Dudū ædepol planū hoc quidem: quæ huc vſq; fuerit intꝰ.
Sce. Nihil habeo certi.quid loquar.non vide eam :& ſi vidi.
Pal. Ne te ædepol ſtultitia pene perdidit:dum te fidem
Facere hero voluiſti.abſumptus es pene.ſed fores
Vicini proximi concrepuerunt. conticeſcam.

Philocomaſium.Palęſtrio.Sceledrus.

INde ignem in arā vt epheſię dianę latas laudes grateſq; agā:
Eiq; vt arabico fumificem odore:amœna quæ me in locis
Nemptuniis templiſq; turbulentis ſeruauit ſæuis flutibus:
Vbi ſum afflictata multum.Sce.palæſtrio o palæſtrio.

Pal. O ſceledre quid vis? Sce. hęc mulier quę hinc exit modo:
Eſt ne herilis concubina philocamaſium:
An non eſt iſta? Pal. hercle opinor. ea videtur. ſed facinus
Mirum eſt: quomō hęc hinc nunc tranſire potuerit: ſiquidē ea ē.
Sce. An dubium tibi eſt: eam eſſe hāc. Pal. ea videtur: ſed facinus
Mirum eſt: quomodo hęc hinc tranſire potuerit: ſiquidem ea eſt.
Sce. An dubium tibi eſt eam hanc? Pal. ea videtur. at eamus
Appellemus. Sce. heus quid iſtuc o philocomaſium? q̇d tibi iſtic
In hiſce ædibus debetur? qd negocii eſt? qd nūc taces? tecū loqr.
Pal. Immo ædepol tute tecum. nam hęc nil reſpondet.
Sce. Te alloquor vitii probriq; plena: quę circum vicinos vages.
Phi. Qui cū tu fabularis? Sce. qui cū niſi tecū? Phi. quis tu hō es:
Aut mecum quid eſt negocii? Sce. men rogas hem qui ſim?
Phi. Quin ego hoc rogē q̄ neſciā? Pal. quis ego ſum igitur: ſi tu
Hūc ignoras? Phi. mihi odioſus quiſqs es & tu & hic. Sce. non nos
Nouiſti? Phi. neutrum. Sce. metuo maxume. Pal. quid metuis?
Sce. Enim ne noſmet perdiderimus vſpiam. nā neq; te neq; me
Nouiſſe ait. Pal. perſcutari hic volo ſceledre nos noſtri
An alieni ſumus: ne dum quiſpiam nos vicinorum imprudentis
Aliquis immutauerit. Sce. certe equidem noſter ſum.
Pal. Et pol ego. q̄ris tu mulier malū: tibi dico heꝰ philocomaſiū?
Phi. Quę te intemperiæ tenent: qui me perperam perplexo
Nomine appelles? Pal. eho qui igitur vocare: philocomaſiū dicer
Nomen ſi iniuria eſt falſum nomen poſſidere philocomaſium
Poſtulas. at iſtuc non decet. & meo hero facis iniuriam.
Phi. Ego ne? Pal. tu. Phi. quæ heri athenis epheſeum adueni
Veſperi cum meo amatore adoleſcente athenienſi.
Pal. Dic mihi quid hic tibi in epheſo eſt negocii? Phi. geminam
Germanam meam hic ſororem eſſe inaudiui. eam veni queſitū.
Pal. Mala es. Phi. immo ecaſtor ſtulta multum: quę vobiſcum
Fabulem. abeo. Sce. abire. non ſinam te. Pal. mitte ſceledre.
Manifeſtaria res eſt. Sce. non omitto. Phi. at iam crepabunt
Manu malæ tibi: tibi niſi me omittis. Sce. quid malum adſtas?
Quin detines altrinſecus? Pal. nihil moror negocioſum
Mihi eſſe tergum: qui ſcio an iſta non ſit philocomaſium:
Atq; alia eius ſimilis ſit. Phi. mittis me: an non mittis?
Sce. Immo vi atq; iniuitam ingratis volutatim te rapiā domū.
Hoſtium hoc mihi eſt domicilium. athenis domus eſt ac herus.
Phi. Ego iſtam domum neq; moror: neq; vos qui homines ſitis

Noui:neq; ſcio.Sce. lege agito. te nuſquam mittam
Niſi das firmatā fidē: te huc ſi miſero intro ituram. (bes.
Phi. Vi me cogis:qſqs es.do fidē ſi omittis: iſtoc me ītro iturā q̄ in
Sce. Ecce omitto.Phi.at ego abeo miſſa.Sce.ml'iebri feciſti fide.
Pal. Sceledre manib⁹ amiſiſti prædā.Sce.tam ea eſt nr̄a: q̄ potis
Hrriles cōcubia.vi tu facer̄ hoc ſtrēue!Pal.qd faciā!Sce:affer mihi
Machæram huc intus.Pal.quid facies! Sce. introrumpam
Recta in ædis:quē q̄ hic intus videro cū philocomaſio oſculantē:
Eum ego obtruncabo extemplo.Pal.viſa ne ea eſt!Sce.immo
Aedepol plane ea eſt.Pal.ſed quomodo diſſimulabat!Sce.abi.
Macheram huc effer.Pal.iam faxo hic erit.neq; eques neq;
Pedes profectus quiſq; tanta audacia:qui æque faciat cōfidenter
Quā quæ mulieres faciunt.vt vtrobiq; ractionem docte duint.
Nam vt ſublinitur os cuſtodi cauto conſeruo meo nimis beat
Quod cōmeat⁹ ē trās pitē.Sce.he⁹ paleſtrio machera nihil opus.
Pal. Quid iā:aut quid opus eſt! Sce.domi eccā herilē cōcubinā.
Pal. qd domi!Sce.in lecto cubat.Pal.ædepol ne tu tibi malā rem
Repperiſti:vt prædicas.Sce.qui iam!Pal.quia hanc attingere
Auſus mulierē hic in pximo.Sce.magis hercle metuo.ſed nunq̄
Quiſquam faciet:quin ſoror iſta ſit germana huius.
Pal. Eam pol tu oſculantē hic videras: & quidem palam eſt
Eam eſſe vt dicis.Sce.quid propius fuit:quam vt perirem
Si locutus fuiſſē hero.Pal.ergo ſi ſapis muſſitabis. plus oportet
Scire ſeruum q̄ loqui.ego abeo:ne quid tecum conſilii
Commiſceam:atq; apud hunc vicinū tuę mihi turbæ nō placēt. agrada
Herus ſi veniet: ſi me quærit hic ero.hinc me accerſito.

Sceledrus. Periplectomenus ſenex.

SAti abiit ille:neq; herile negociū pl⁹ curat:q̄ ſi ñ ſuitutē ſuiat
Certo quidē illa hic noſtra intus eſt in ædib⁹.nā ego excubātē
Eam domo offendi.certunſt nunc obſeruationi operam dare.
Per. Nō hercle hiſce hoīes me marē ſed fœminā vicini rētur eſſe
Serui militis:ita me ludificant:mea ne hic in via hoſpita
Quæ heri huc athēis cū hoſpite aduenit meo: tracta & ludificata
Ingenua & libera.Sce.perii hercle. hic ad me recta adit via.
Metuo illæc mihi res:ne malo magno fuat: quantum hunc audi
ui facere verborum ſenem.
Accedam ad homineu.Per.tun ſceledre huc ſceleum caput
Meam ludificaſti hoſpitam ante ædis modo!
Sce. Vicine auſculta quæſo.Per.ego auſcultem tibi!

Sce. Expurgare volo me. Per tu ne te expurges mihi:
Qui facinus tantum tamq; indignum feceris?
An quia latrocinari arbitramini. qd vis licere facere verbero?
Sce. Licet ne? Per. at ita di deq; me oēs amēt: niſi mihi ſuppliciū
Virgarum de te datur longum diutinumq; a mane ad veſperū:
Quod meas confregiſti imbrices & tegulas ibi dum condignā te
Sectaris ſimiam: quodq; inde inſpectauiſti meum apud
Me hoſpitem amplexum amicam cum oſculabatur ſuam:
Quamq; cōcubinā herilē inſimulare auſus probri pudicā meq;
Summi flagitii: tum q tractauiſti hoſpitam ante ædis meas:
Niſi tibi ſupplicium ſtimuleum dedatur: dedecoris pleniorē herū
Faciam tuum: quam magno vento plenum vndarum mare.
Sce. Ita ſum coactus periplectomene: vt neſciā vtrū ne poſtulare
Prius tecum æquum ſit: niſi iſtæc non eſt hæc: neq; iſta ſe mihi
Me expurgare. hoc tibi videtur æquius ſicut etiam nunc. neſcio
Quid viderim: ita ſt iſta huius ſimilis nr̄æ tua: ſi quidē nō eadē eſt.
Per. Viſe ad me intro iam ſcies. Sce. licet ne? Per. neq; te inhibeo.
Perplacide noſcita. Sce. ita facer̄ certū ē. Per. heꝰ philocōaſiū cito
Tranſcurre curriculo ad nos. ita negocium eſt. poſt quando
Exierit ſceledrꝰ a nobis: cito trāſcurrito aduorſū curriculo domū.
Nunc pol ego metuo ne quid infucauerit. ſi hic non videbit
Mulierem: aperitur dolus. Sce. proh di immortales ſimiliorem
Mulierem magiſq; eandem q̄ noſtræ ea eſt: non reor
Deos facere poſſe. Per. quid nunc? Sce. commerui malum.
Per. Quid igitur ean eſt? Sce. & ſi ea ē: nō ea eſt. Per. vidiſtin iſtā?
Sce. Vidi illam hoſpitem complexā atq; oſculantē. Per. ea ne eſt?
Sce. neſcio. Per. vin ſcir̄ plāe? Sce. cupio. Per. abi ītro ad vos domū.
Continuo vide ſit ne iſta hæc domum voſtrā intus. Sce. licet.
Pulchre admonuiſti. ſciam ego. ad te exibo foras.
Per. Nunquā ædepol hoiem quenquā ludificarier magis facete
Vidi: & magis maris modis. ſed eccum egreditur.
Sce. piplectomene te obſecro p deos atq; hoies pq; ſtultitiā meā
Perq; tuā gratiam. Per. quid obſecras? Sce. meæ inſcitiæ meæ &
Sultitiæ ignoſcas. nunc demum ſcio me fuiſſe excordē. cæcum
Incogitabilē. nā philocomaſiū eccā intus. Per. quid nūc furcifer
Vidiſti ambas? Sce. vidi. Per. herꝫ exibeas volo. Sce. meruiſſe eqdē
Me maximū fateor malū: & tuæ feciſſe me hoſpitæ aio iniuriā.
Sed meam eſſe herilem incubinam cenſui: cui me cuſtodē herus
Addidit miles meus. nam e ſummo puteo ſimilior nunq̄ poteſt

A qua aquæ ſumi:q̄ꝫ hæc eſt atq; iſta hoſpita:& me deſpexiſſe
Ad te per impluuiū tuū fateor.Per.qd ni fateare:ego qui videris.
Sce. Sꝫ philocomaſiū me vidiſſe cēſui. Per.ratꝰ ne me iſtic hoīeꝫ
Eſſe omniū minimi precii:ſi ego me ſciente paterer vicino meo
Inferri apud me ita inſignite iniuriā.Sce. nunc demū inſipienter
Factum eſſe arbitror:cum rem cognoſco: at non malicioſe tamē
Feci. Per.immo indigne.nā homini ſeruo ſuos domitos habere
Oportet oculos & manꝰ orationemq;.Sce.ego ne ſi poſt hūc diē
Mutiuero:etiā qd ego me certo ſciā:dato excruciatū:me egomet
Dedā tibi.nūc hoc mihi ignoſcas quæſo.Per.vincā animū meū:
Ne malitioſe factum id eſſe abs te arbitrer:ignoſcam tibi iſtuc.
Sce. At dii faciāt bn̄.Per. næ tu hercle ſi te di amāt linguā ꝯpmis:
Poſthac etiam illud qd ſcies:neſciueris.ne videris quod videris:
Sce. Bene me mones.ita facere certum eſt.ſatin ne oratus abiit.
Nūquid nūc aliud me vis?Per.ne me noueris.Sce. dedit hic mihi
Verba:qua benigne gatia fecit ne iratus eſſet.ſcio quā rē gerat.
Vt me cum extemplo a foro aduenīam domum amicū prendat
Vna hic & palæſtrio me habent venalem ſenſi:& iam dudum ſcio.
Nunq̄ꝫ hercle ex iſta naſſa ego hodie eſcam petā.nam iam aliquo
Aufugiam:& ocultabo aliquot dies:dum hę conſileſcunt
Turbæ:atq; iræ leniunt.iam nunc ſatis & plus nimio merui mali.
Verumtamen de me quicquid eſt:ibo hinc domum.
Per. Illic hinc abſceſſit.ſat ædepol certo ſcio occiſā ſæpe ſapere
Plus multo ſuem cum manducatur: ne id quod vidit viderit.
Nam illius oculi atq; auris atq; opinio tranſfugere ad nos.
Vſq; adhuc actum eſt probe.nimium feſtiua mulier operam
Præbuit.redeo in ſenatum rurſus. iam palæſtrio frequens
Senatus.ſceledrus nunc autem foras:domi apud me
Poterit nunc haberier.ibo intro:ne dū abſū:multis ſortito ſuā.

Palæſtrio.Pleuſides ado.Periple.

COhibete intra limē etiā vos parumpere pleuſides.ſinite me
Prius perſpectari: ne vſpiam inſidiæ ſint: cōciliumq; habere
Volumus.nā opus eſt nūc tuto loco: vnde inimicus nequis nr̄is
Spolia capiat cōſiliis:vnde inimicus nequis ſpolia capiat auribus.
Nam bene conſultum inconſultū ſi ſit:inimicis vſu eſſe poteſt.
Quin ſi inimicis vſu eſt:obſit mihi.nā bene conſultum ſubripitur
Sæpiſſime: ſi minus cum cura aut catalogo loquendi lectum eſt.
Quippe ſe reſciuere inimici conſilium tuum:tuopte tibi
Conſilio occludunt linguam:& conſtringunt manus:atq;

Eadem quæ illis voluiſti facere:faciunt tibi.ſed ſpeculabor
Nequis aut hinc a leua aut dextera noſtro conſilio venator aſſit
Cum auritis plagis.ſterilis hinc proſpectus vſq; ad vltimam
Plateam probe eſt.euocabo.heus periplectomene & pleuſides
Progredimini.Per.ecce nos tibi obediētis.Pal.facile ē ipiũ ī bōis.
Sed volo ſcire eodem conſilio:quod intus meditati ſumus:
Si gerimus rem.Per.magis ad rē non poteſt eſſe vtibile.Pal.imo
Quid tibi pleuſides?Ple.quid ne vobis placeat:diſpliceat mihi.
Per. Quis hō ſit magis me⁹ q̄ tu es.Ple.loq̄re lepide & cōmode.
Pal.Pol ita decet hũc facere.Ple.at hoc me facin⁹ miſeꝝ macerat:
Meumq; cor corpuſq; cruciat.Per.quid id eſt quod cruciat te?
Ple.me tibi iſtuc ętatis hoī faciora puerilia obiiceř:neq; te decore
Neq; tuis virtutib⁹ ea te expetere:te ex opib⁹ ſũmis mihi honoriſ
Gratia mihiq; amanti ire opitulatum:aq; ea te facere facinorat
Quæ iſtæc ætas fugere:facta magis quidem ſectari ſolet:
Eam pudet me tibi in ſenecta obiicere ſollicitudinem.Per.nouo
Modo tu homo amas.ſiquidem te quicquam quod faxis pudet:
Nihil amas.vmbra es amantum:magis q̄ amator pleuſides.
Ple. Hāc cine ętatē exercere mei amoris grā.Per.qd ais tu?ita ne
Tibi videor oppido acheronticus:tam capulari ſtamine tibi
Diu videor vita viuere?nam equidem haud ſum natus
Annos præter quinquaginta & quattuor.clare oculis video.
Pernix ſum manibus.ſum pedes mobilis.Pal.ſi albus
Capillus hic videtur:neutiquam ibi ingenio ſenex ineſt.
In hoc emuſitata ſua ſibi ingenua indoles.Ple.pol id quidem
Experior ita eſſe vt prædicas palęſtrio.nam benignitas quidem
Huius oppido adoleſcentuli.Per.imo hoſpes magis cũ piculum
Facies:magis noſces mea comitate merito te amantem.
Ple. Quid opus nota noſcere?Per.vt apud te exemplũ experiũdi
Habeas:neges foris.nā qui ipſe amauit:ægre amantis ingenium
Inſpicit.& ego amatoris aliquantulum habeo humoriſq; etiam
In corpore.neq; dum exarui ex amoris rebus & voluptariis.
Vel cauillator facetus:vel conuiua commodus item ero.
Neq; ego oblocutor ſum alteri in conuiuio.
Incommoditate abſtinere me apud conuiuas commode
Commemini & meæ orationis iuſtam partem perſequi.
Et meam partem itidem tacere cum aliena eſt oratio:
Minime ſputator ſcreator ſum itidem:minime ſuccidus.
Poſt epheſi ſum natus.non enim in apulis: non ſum in vmbra.

Pal. O lepidum ſemiſenem.nę ſi quas memorat virtutes habet
Atq; equidem plane ductum in nutricatu venerio.
Per. Plus dabo quam prædicabo ex me venuſtatis tibi.
Neq; ego vnquam alienum ſcortum ſubagito inconuiuium.
Neq; præripio pulpamentum.neq; peruorto poculum.
Neq; per vinum vnquam ex me oritur diſſidium in conuiuo.
Si quis ibi eſt odioſus:abeo domum.ſermonem ſegrego.
Venerem amorem amœnitatemq; accubans exerceo.
Et quidem ædepol omnis mores ad venuſtatem iugiter
Cedo tris mihi homines orichalco ita emptos iſtis moribus.
Pal. At quidem illuc ætatis qui ſit:non inuenies alterum
Lepidiorem ad omnes res:nec qui amicus amico ſit magis.
Per. Tu te me vt fateare faciam eſſe adoleſcentem moribus:
Ita apud omnis comparebo tibi res benefactis frequens.
Opus ne erit tibi aduocato triſti iracundo: ecce me.
Opus ne leni:leniorem dices q̄ mutum eſt mare:
Liquidius cultiuſq; quam ventus eſt fauonius.
Vel hilariſſimum conuiuam me extimandum exprimam tibi.
Vel primarium paraſitumq;:atq; obſonatorem optumum.
Tum ad ſaltandum non cinędus magis vſq; ſaltat:quam ego.
Pal. Quid ad illas artes optes:ſi optio euenit tibi?
Per. Huius pro meritis vt referri pariter poſſit gratia
Tibiq; quibus nunc eſſet experioſum meę ſolicitudini.
Ple. At tibi tanto ſumptui eſſe mihi moleſtū eſt.Per.mortuꝰ es.
Nam in mala vxore atq; inimico ſiquid ſumat:ſumptum eſt.
In bono hoſpite atq; amico quæſtus eſt quod ſumitur.
Et quod in diuinis rebus ſumas ſumptus ſapienti lucro eſt.
Deum virtute euntem hoſpicio accipere apud me eſt comitas.
Es:bibe.animo obſequere mecum:atq; onerato hilaritus me.
Liberę ſunt ædes.liber ſum autem ego. me vti volo libere.
Nam mihi deum virtute dicam: propter diuitias datas
Licuit vxorem dotatam genere ſummo ducere.
Sed nolo mihi oblatratricem in ædis intromittere.
Ple. Cur non vis?nam procreare liberos lepidus ſonus.
Per. Hercle vero liberum eſſe id multo eſt lepidius.
Tu homo & alteri ſapienter potis es conſulere & tibi.
Nam bona vxor ſi ea deducta eſt vſquam gentium
Vbi ea poſſit inuenire:verum ego ne eam ducam domum:
Quę mihi vnq; hæc dicat.eme mi vir lanam:vnde tibi pallium

Malachum & calidum.cōficiantur tunicæ q̄ mihi hibernę bonæ
Ne algeam hac hyeme.hoc hoc nunquā verbū ex vxore audiam.
Verum priuſquam galli cantent:quæ me ſomno ſuſcitet
Dicat.da mihi vir calendis mittam cum martię venerint.
Da qui faciat.condiat.da quod dem quinquatribus
Percantatrici & lectrici.ariolę.atq; haruſpicę.
Flagitium eſt ſi nihil mittetur.quo ſupercilio ſpicit.
Tum patrica clementer non pota eſt inquit munere?
Iampridem quia nihil abſtulerit:ſuccenſet cellaria.
Tum obſtetrix expoſtulauit mecum parum miſſum ſibi.
Quin nutrici non miſſurus quicquam:quæ vernas alit.
Hæc atq; huius ſimilia alia damna multa mulierum
Me vxore prohibent:& quę huius ſimilis ſermonis erant.
Pal. Dii tibi propicii ſunt hercle:nam ſi iſtam ſemel amiſeris
Libertatem:haud facile te in eundem rurſus reſtitues locum.
Ple. At illa laus eſt magno in genere & in diuitiis maxumis
Liberum hominem educare generi monimentum & ſibi.
Per. Quādo habeo multos cognatos: qd opus ſit mihi liberis?
Nunc bene viuo & fortunate:atq; vt volo:atq; animo vt lubet.
Mea bona mea morte cognatis dicam.inter eos partiant.
Illi apud me edunt:me curant.viſunt quid agā:ecquid velim.
Priuſquam lucet aſſunt:rogitant noctu an ſomnum ceperim.
Eos pro liberis habeo:quin mittunt munera.
Sacrificant.dant inde partem mihi maiorem quam ſibi.
Abducunt extra me ad ſe prandium.ad cœnam vocant.
Ille miſerrimum ſe retur:minimum qui miſit mihi.
Illi inter ſe certant donis.ego mecum muſito.
Bona mea inhiant.certatim nutricant & munera.
Pal. Nimis bona ratione nimiumq; aperte tu multa vides.
Et tibi ſunt gemini & trigemini ſi te bene habes:filii.
Per. Pol ſi habuiſſem:ſatis cepiſſem miſeriarum.liberis
Cenſerem.metuerem.cecidiſſet ne ebrius aut de equo vſpiam
Metuerem.ne ibi defregiſſet crura aut ceruices ſibi.
Ea mihi inſignitos pueros pariat poſtea
Aut varum.aut valgū.aut cōpernē. aut pœtū.aut brochū filiū.
Pal. Huic homini dignum eſt diuitias eſſe:diu vitam dare
Qui ægre ſeruat.& qui bene habet:ſuiſq; amicis volupe.
O lepidum caput.ita me dii deæq; ament:æquum fuit
Deos parauiſſe vno exemplo: ne omnes vitam viuerent.

Sicuti merci precium ſtatuit pro virtute vt veniat.
Quæ improba eſt: pro mercis vitio dominum precio pauperat.
Itidem diuos diſpartiſſe vitam humanam æquum fuit.
Qui lepide ingenuatus eſſet: vitam longinquam darent.
Qui improbi & ſceleſti: iis adimerent animam cito.
Si hoc parauiſſent: homines eſſent minus multi mali.
Et minus audacter ſceleſta facerent facta: & poſtea
Qui homines probi eſſent: eſſet his annona vilior.
Per. Quid deorum conſilia culpes ſtultus inſcituſq; ſic.
Quid eos vituperes. nunciam iſtis rebus deſiſti decet.
Nunc volo obſonare velut hoſpes tua te ex virtute
Meæ domi accipiam benigne lepide & lepidis victibus.
Ple. Nihil me pœnitet iam: quanto ſumptu fuerim tibi.
Nam hoſpes nullus tam in amici hoſpitium deuorti poteſt:
Quin vbi triduum continuum fuerit: iam odioſus ſit.
Verum vbi dies decem continuos iteraſti domum: illos
Tametſi dominus non inuitus patitur: ſerui murmurant.
Per. Seruientis ſeruitutem ego mi ſeruos introduxi mihi
Hoſpes: non qui mihi imperarent: quibus ego eſſem obnoxius.
Si illud ægre ſit vobis: mihi qđ volupe eſt more remigiore gero.
Tamen id quod odioſe faciundum: fiat malum atq; ingratis.
Nunc quod occœpi obſonatum pergam. Ple. ſi certus tibi
Commodum obſona: ne magno ſumptu mihi quod vis ſat eſt.
Per. Quin tu iſtanc orationē hinc veterē atq; antiquā amoues.
Nam proletario ſermone nunc quidem hoſpes vtere.
Nam hic ſolēt quando adcubuere: vbi cœna appoſita eſt dicere
Quid opus fuit hoc ſumptu tanto noſtra gratia?
Inſaniuiſti hercle. nam hominibus ſat erat decem.
Qui eorum cauſa obſonatum eſt: culpant & comedunt tamen.
Pal. Fit pol illud ad illud exemplū: vt docte & perſpecte ſapit.
Per. Sed eiidē hoīes nūquā dicūt: quāquā appoſitū eſt ampliter:
Iube illud demi: tolle hanc patinam. remoue pernā, nihil moror.
Aufer illam offam penitam. probus hic conger frigidus.
Remoue abi aufer. neminem eorum hęc aſſeuerare audias.
Sed procellunt. ſed procudunt. dimidiatim appetunt.
Pal. Bōus hercle vt malos deſcripſit mores. Per. haud cēteſimā
Partem dixi. atq; ni ocium reſiſtit: poſſum exprimere.
Pal. Igitur id quod agitur: hoc primum præuerti decet.
Nunc huc animum aduortite ambo. mihi opus eſt opera tua

Periplectomene.nam ego inueni lepide ſycophantiam:
Qui admutiletur miles cæſariatus: atqꝫ vti
Huic amanti ad philocomaſium hanc efficiamus copiam.
Vt hinc eam abducat abeatqꝫ.Per. dare iſtanc rationem volo.
Pal. At ego mihi anulũ dari iſtũc tuũ volo.Per.quã ad rem vis?
Pal. Quãdo habeo igitur rationem mearum fabricarũ dabo.
Per. Vtere.accipe.Pal.accipe a me rurſum rationem doli:
Quam inſtitui.Ple.ꝓpurgatis ambo damus tibi operã auribus.
Pal. Herus meus ita magnus mœchus mulierum eſt: vt neminẽ
Fuiſſe aeqꝫ neqꝫ futurum credo.Ple.credo ego iſtuc idem.
Pal. Itaqꝫ alexandri præſtare prædicat formam ſuam.
Itaqꝫ omnis vltro ſectari in epheſo memorat mulieres.
Per. Aedepol quidem de iſto multo multa ſcio te non mẽtirier.
Sed ego ita eſſe vt dicis teneo pulchre.perin palæſtrio
Quam potes:tam uerba confer maxume ad compendium.
Pal. Ecquam tu potes reperire forma lepida mulierem:
Cui fallaciarum corpuſqꝫ ſit plenum & doli?
Per. Ingenuã an ne libertinã?Pal.atqꝫ iſtuc paruifacio:dũmodo
Eam des:quæ ſit quæſtuoſa.quæ alat corpus corpore.
Cuiqꝫ ſapiat pectus.nam cor non poteſt:quod nulla habet.
Per. Lautam vis:an quę nondum ſit lauta?Pal.ſic cã.ſuccidam.
Quam lepidiſſimam potes: quamqꝫ adúleſcentem maxume.
Per. Habeo eccillam meam clientam meretricem adoleſcẽtulã.
Sed quid ea vſus eſt?Pal.vt ad te eam iam deducas domum.
Itaqꝫ eam huc ornatam adducas matronarum modo.
Capite compto.criuis vittaſqꝫ habeat:adſimuletqꝫ ſe
Tuam eſſe vxorem:ita præcipiendũ eſt.Ple.erro:q̃ꝫ inſiſtas viam.
Pal. At ſcietis:ſed ecquæ ancilla eſt illi?Per.eſt prima.
Pal. Ea quoqꝫ opus eſt:ita præcipito mulieri: atqꝫ ancillulæ
Vt ſimulet ſe tuam eſſe vxorem:& deperire hunc militem:
Quaſi hunc anulum famoſcæ ancillæ dederit:eum porro
Militi vt darem: quaſiqꝫ ego rei ſum interpres.Per.audio.
Pal. Nec me ſurdum verbera.tu ſi audies:ego recte militi
Dabo:tua mihi vxore dicam delætatum:& datum:
Vt ſeſe ad eum conciliarem.ille eiuſmodi eſt. cupiet miſer.
Qui niſi adulterio ſtudioſus:rei nulli aliæ eſt improbus.
Per. Nõ potui reperire ſub ſole q̃rens lepidiores duas ad hanc rẽ:
Quã ego.habe aĩum bonum.Pal.ergo accuraꝫ & ꝓpera nũc tu.
Auſculta mi pleuſides.Ple.tibi ſum obediens hoc facto.

Pal. Miles domũ vbi aduenerit: mẽineris ne philocomaſiũ noĩes.
Ple. Quam nominem. Pal. dic eam. Ple. nempe eandẽ quę dudũ
Conſtituta eſt. Pal. pax: abis. Ple. meminero. ſed quid meminiſſe
Id refert. Pal. ego enim dicam. tum quando vſus
Poſcet: interea tace: vt cum etiã hic agit: actutũ partis denfendas
Tuas. Ple. ego eo intro igitur. Pal. & ꝑcepta ſobrie vt cures face.

Palæſtrio. Lucrio puer.

QVntas res turbo: quantas moueo machinas.
Eripiam ego hodie concubinam militi:
Si centuariati bene ſunt manipulares mei.
Sed illum vocabo. heus ſceledre: niſi negocium:
Progredere ante ædis. te vocat palæſtrio.
Lu. Non opera eſt ſceledro. Pal. quid iam? Lu. ſorbet dormiens.
Pal. Quid ſorbet? Lu. illud ſtertit volui dicere. ſed quia
Conſimile eſt: quod ſtertas: quaſi ſorbeas. Pal. eho an dormit
Sceledrus intus? Lu. non naſo quidem. nam eo magnum clamat.
Tetigit calicẽ. clanculũ dimiſit nardini vnã amphoram cellarius.
Pal. Eho tu ſceleſte: qui illi ſuppromus es. Lu. quid vis?
Pal. Quid libitũ eſt illi cõdormiſcere? Lu. oculis opior. Pal. nõ te
Iſtuc rogito ſcelus. procede huc: periſti iam: niſi verum ſcio.
Prompſiſti tu illi vinum? Lu. non prompſi. Pal. negas?
Lu. Nego hercle vero. nam ille me vetuit dicere.
Neq; equidem heminas octo exprompſi in vrcem.
Neq; ille hic calidum exuunt in prandium.
Pal. Neq; tu bibiſti? Lu. dii me perdant ſi bibere potui.
Pal. Qui iam? Lu. quia enim obſorbui. nam nimius calor
Comburebat gutturem. alii ebrii ſunt poſtquam potarunt:
Pal. Bono ſuppromo cella credita. Lu. tu hercle idem faceres:
Si tibi eſſet credita. quoniam æmulari non licet: nunc inuides.
Pal. Eho an vnquam prompſit atehac? reſponde ſcelus:
Atq; vt tu ſcire poſſis dico tibi. ſi falſa dicis: excruciabere.
Lu. Ita vero vt tu ipſe me dixiſſe dictites: poſt ſagina
Ego eiiciar cellaria: vt tibi prompſeris alium ſuppromum pares.
Pal. Non ædepol faciam. age: loquere audacter mihi.
Lu. Nunquam ædepol vidi promere: verum hoc erat.
Mihi imperabat: ego promebam: poſtea
Hic illi ſceledro capite ſiſtebas cadi.
Sed in cella erat paulum nimis loculi lubrici.
Ibi erat bilibris aqualis: hic porpter cados

Ea ſæpe decies complebatur die.
Eam plenam atq; inanem fieri:plenam a ſummo
Vbi bacchabatur:auia quaſſabant cadi.
Pal. Abi abi intro iam:vos in cella vinaria
Bacchanal facitis:iam hercle ego herum adducam foris.
Lu: Perii excruciabit me herus: domum ſi venerit.
Quom hęc facta ſcibit:quia ſibi non dixerim.
Fugiam hercle aliquo.atq; hoc inde extollam malum.
Ne dixeritis obſecro huic:voſtram fidem.
Pal. Quo te agis? Lu.iuſſus ſum alio.iam huc reuenero.
Pal. Quis miſit? Lu.philocomaſium.Pal.abi. actutum redi.
Lu. Quæſo tamen tu meam partem inſortunii:
Si diuidetur me abſente: accipito tamen.
Pal. Modo intellexi quam rem mulier geſſerit.
Quia ſceledrus dormit:huc ſubcuſtodem ſuum
Foris ablegauit:dum eapſe huc tranſire placet.
Sed periplectomenus quam ei mandaui mulierem
Nimis lepida forma ducit.di hercle hanc rem vt iuuant.
Quam digne ornata incedit haud meretricie.
Lepide hoc ſuccedit ſub manus negocium.

Periplectomen?.Milphidippa.Acrotelãtiũ.Palæſtrio.

Rem omnem accedere te vt velim mea milphidippa
Domi demonſtraui in ordine hanc fabricam fallaſciaſq;.
Minus ſi tenetis: denuo volo percipiatis plane.
Satis ſi intelligitis:aliud eſt quod potius fabulemur.
Mil. Stulticia atq; inſipientia non fallacia ſit
Me ire in opus alienum:aut tibi meam operam pollicitari:
Si eam opificinam neſciam aut mala eſſe aut fradulenta.
Per. At melius monerier.Mil.meretricem commoneri
Quam ſane magis referat: nihil clam eſt.quin ego fruſtro.
Poſtquam adhibere auris meas ad tuam moram orationis.
Tibi dixi miles quemadmodum potis es ſolus dare.
Per. At nemo ſolus ſatis ſapit:nam ego multos ſæpe vidi
Regionem fugere conſilii: priuſquam reperta habere.
Acr. Siquid faciendum eſt mulieri male atq; malitioſe:
Ea ſibi immortalis memoria eſt meminiſſe & ſempiterna.
Sin bene aut quid fideliter faciundum ſit:eadem veniunt
Obliuioſe extemplo vt fiant:meminiſſe nequeunt.
Per. Ergo illuc mecum conuenit.nobis faciundum vtrumq;.

Nam id proderit mihi:malicia male quod facietis ambę.
Acr. Dum neſcientes quid bonum faciamus:ne formida.
Per. Mala nulla meretrix eſt. Acr.ne paue. peioribꝰ conueniũt.
Per. Ita vos decet.conſequimini.Pal.ceſſo ego illis obuiam ire?
Venire ſaluum gaudeo.lepide hercle ornatus incedit.
Per bene opportuneq; obuiam is palæſtrio. tibi adſunt
Quas me iuſſiſti adducere & quo ornatu. Acr.heus nr̃.Pal.eſto
Palęſtrio acrotelantium ſalutat. Acr.quis hic homo eſt:
Qui tam pronota nominat? Per.hic noſter architectus eſt.
Acr. Salue architecte.Pal. ſalua ſis.ſed dic mihi ecquid hic te
Onerauit præceptis? Per.probe meditatam vtramq; duco.
Pal. Audire cupio quemadmodum ne quid peccetis:paueo.
Per. At tua præcepta:de meo nihil his nouum apposui.
Acr. Nempe ludificari militem tuum herũ vis? Pal.exlocuta es.
Acr. Lepide & ſapinter commode & facete res paratæ. sapi̅en
Pal. Atq; huius vxorem te volo aſſimulari. Acr.fiat.
Pal. Quiaſi militianimum adieceris: ſimulare ſic futurum:
Quaſiq; hęc per me interpretem & tuam ancillam curentur.
Acr. Bonus vates poteras eſſe.num quæ ſunt futura vides?
Pal. Quaſi q; anulum hunc ancillula tua abs te detulerit ad me:
Quem ego militi darem tuis verbis. Acr.vera dicis.
Pal. Quid iſtis nunc memoratis meliuſt commeminere?
Acr. Nam mi patrone hoc cogitato.vbi probus eſt architectus
Bene liniatam ſi ſemel carinam conlocauit:
Facile eſſe nauem facere:vbi fundata bene & ſtatutaſt.
Pal. At ſunt ebrii architecti:qui te amant vt imperiti.
Acr. Si non nos materiarius remoratur faber ad opus quidem
Noui indolem noſtri ingenii: cito erit parata nauis.
Pal. Nempe tu nouiſti militem meum herũ? Acr.rogare.mirũſt
Populi odium quid ni nouerim:magnum dicunt cincinnatum
Mœchũ vnguentatũ.Pal.num ille etiã nouit? Acr.nunq̃ vidit
Qui nouerit me:quis ego ſum.Pal.nimis lepide fabulare.
Eo poterit verum lepidius pol fieri. Acr.potine vt hominem
Mihi des:quieſcas cætera ni ludificata lepide
Culpam omnem in me impingito.Pal.age igitur intro abite.
Inſiſtite hoc negocium ſapienter. Acr.alia cura.
Pal. Age periplectomene has duc nunc intro:ego ad for℞ illum
Conueniam:atq; illi hunc anulum dabo:atq; prædicabo
A tua vxore mihi datum. eamq; illum deperire

Hanc ad nos q̄ extemplo a foro veniemus: mittito:
Quaſi clauculum admiſſa ſit. Per. faciemus: alia cura.
Pal. Vos modo curato: ego ilum ꝓbe iam oneratū huc accibo.
Per. Bene ambula. bene rem gere. at ego efficiam plane:
Vt concubinam militis meus hoſpes habeat hodie.
Atq; hinc athenas abeat hodie hunc dolum dolamus.
Quid tibi ego mittam muneris? Acr. dat ne alii mulieri operam?
Per. Lepidæ ſunt & comes ſunt. Acr. confido iam futurum.
Vbi facta erit collatio noſtrarum maliciarum:
Haud vereor ne nos ſubdola perfidia peruincamur:
Ibimus ergo intro: hæc vti meditemur. Per. cogitate
Ne quid vbi miles venerit: titubetur. Acr. tu morare.
Vt accurate & commode hoc quod agendum eſt ſequamur.

Pyrgopolinices. Palæſtrio.

TOlupeſt quod agas: ſi id procedit lepide ex ſententia.
Nam ego hodie ad ſeleucum regem miſi paraſitum meum
Vt latrones quos conduxi; hinc ad ſeleucum duceret:
Qui eius regnum tutarentur: mihi dum fieret ocium.
Pal. Quin tu tuam rem cura potius q̄ ſeleuci: quæ tibi
Condicio noua & luculenta fertur per me interpretem.
Pyr. Immo omnis res poſteriores pono: atq; operam do tibi.
Loquere. auris meas profecto dedo in dicionem tuam.
Pal. Cicunſpicito dum: nequis noſtro hic auceps ſermoni ſit.
Nam hoc negocii clandeſtino vt agerem: mandatuſt mihi.
Pyr. Nemo adeſt. Pal. hūc arrabonē amoris primū a me accipe.
P. Quid hic vnde eſt? Pal. a luculenta atq; feſtiua fœmina:
Quæ te amat: tuā quæ expetiſcit pulchram pulchritudinem.
Eius nunc mihi anulum ad te ancilla porro vt ferrem: dedit.
Py. Quid ea ingenua an feſtuca facta? ſerua an libera eſt?
Pal. Vah ego ne vt ab te ad libertina eſſe auderē internuncius:
Qui ingenuis factis reſpouſaret? te eapſe cupit vti. (tis
Pyr. Nupta iſta an vidua? Pal. & nupta & vidua. Py. quo pacto po
Vidua & nupta eſſe eadem? Pal. quæ adoleſcens nupta ſit cū ſene.
Py. Euge. Pal. lepida & liberali forma eſt. Py. caue mendacium
Pal. Ad tuā formā illa vna digna eſt. Py. hercle pulchrū p̄dicas.
Sed qs ea eſt? Pal. ſenis hui⁹ vxor periplectomenis. Py. ꝓxumi?
Pal. Ea demoritur te: atq; ab illo cœpit abire. odit ſenem.
Nunc te orare atq; obſecrare iuſſit: vt tui copiam ſibi
Poteſtatemq; facias. Py. cupio hercle equidem: ſi illa vult.

Pal. Quæ cupit. Py. quid illa faciemus concubinã quæ domi eſt?
Pal. Quin tu illam iube abs te abire quo lubet: ſicut ſoror
Eius gemina venit epheſum & mater: arceſſuntq; eam.
Py. Ain tu aduenit epheſum mater eius? Pal. aiunt qui ſciunt.
Py. Hercle occaſionem lepidam: vt mulierem excludam foras.
Pal. Immo vin tu lepide facere? Py. loquere: & conſilium cedo.
Pal. Vin tu illam actutum amouere a te: vt abeat per gratiam?
Py. Cupio. Pal. tum te hoc facere oportet. tibi diuitiaꝶ affatī eſt.
Iube ſis aurum atq; ornamenta: quæ illi inſtruxiſti mulieri:
Dones habere: auferre abs te quo lubeat ſibi.
Py. Placet vt dicis. ſed ne iſtam amittam: & hæc mutet fidem.
Vide modo. Pal. vah delicatus: quæ te tanq̃ oculos amet.
Py. Venus me amat? Pal. at tace. aperiũtur fores. cõcede huc clã=
Hæc celox illius eſt quæ hic egreditur internuncia. (culum
Py. Quæ hæc celox? Pal. ancillula illi⁹ ẽ: quę hic egreditur foras:
Quæ anulum iſtunc attulit: quem tibi dedi. Py. ædepol equidem
Bellula eſt. Pal. pithecium hæc eſt prę illa. eſt ſpinturnicium.
Viden tu illam oculis mature facere atq; aucupium auribus?

Milphidippa. pyrgopolynices. paleſtrio.

IAm eſt ante ędis hircus: vbi eſt ludificandus mihi.
Diſſimulabo: hos q̃ſi non videã: neq; eſſe hic etiã: dũ ſciam.
Pyr. Tace ſubauſcultemus: ecqua de me fiat mentio.
Mil. Nũc qs nã hic prope adeſt: qui rẽ alienã potius curet q̃ ſuã:
Qui aucupet: quiq; quidem veſperi viuat ſuo:
Eos nunc homines metuo mihi: ne obſint: ne ve obſtent vſpiam
Domo ſi ibit. ac dum huc tranſibit: atq; hui⁹ cupiẽs corporis eſt:
Quæ amat hunc hominẽ nimiũ lepidũ & nimia pulchritudine
Militem pyrgopolynicem. Py. ſatin hęc quoq; me deperit.
Meã laudat ſpeciem. ędepol huius ſermones haud cinerẽ q̃ritãt.
Pal. Quo argumẽto? Py. qa enī loqtur laute & minime ſordide.
Tum autem illę ipſa eſt nimium lepida nimiſq; nitida fœmina.
Hercle vero iam adlubeſcit primulum paleſtrio.
Pal. Prius ne q̃ illam oculis tuis. Py. video id quod credo tibi.
Tũ hęc elocuta. illa aũt abſens adigit me: vt amẽ hercle hãc qdẽ.
Pa. Nihil tu amaſſis. mihi hęc deſpõſata ſt. tibi ſi illa hodie nupſe
Ego hãc cõtinuo vxorẽ ducã. Py. qd g⁹ hanc dubitas colloq? rit:
Pal. Seq̃re hac me ergo. Py. pediſequus tibi ſũ. Mil. vtinã cui⁹ cã
Foras ſum egreſſa: conueniendi mihi poteſtas eueniat.
Pal. Erit: & tibi exoptatũ obtinget. bonũ habeaim. ne formida.

Hō quis eſt qui ſcit qđ quæris: vbi ſit. Mil. quē ego hic audiui?
Pal. Sociū tuorū cōſilioꝝ & participē cōſiliariū. Mil. tū pol ego
Id quod cælo haud cælo. Pal. immo etiam ſed non cælas.
Mil. Quo argumēto? Pal. infido cælas. ego ſum tibi firme fidelis.
Mil. Cedo ſignū ſi hoc verū eſt. Pal. amat mulier quędā quendā.
Mil. Pol iſtuc qdē multę. Pal. at nō multę de digito donū mittūt.
Mil. Enim cognoui nūc. feciſti; modo mihi ex procliuo parem.
Sꝫ hic nū qs adeſt? Pal. vel adeſt: vel nō. Mil. cedo te mihi ſole ſolū.
Pal. Breuin an lōginq̄ ſermōe? Mil. tribꝰ verbis. Pal. iā ad te redeo.
Pyr. qd ego hic aſtabo tantiſꝑ cū hac forma & factis: ſi ſic fruſtror?
Pal. Patere atqꝫ aſta. tibi ego hāc do opaꝫ ꝓperādo. Py. excrucior.
Pal. Pedetētin tu hęc ſcies. tractare ſoles haſce huiuſmōi meritis
Age age vt tibi maxime concinus. nullū eſt hoc ſtolidius ſaxum.
Redeo ad te conſilium quaſi hunc depereas. Mil. teneo iſtuc.
Pal. Conlaudato formam & faciem: & virtutes commemorato.
Mil. Ad eā rem habeo omnē faciē: tibi vt dudū iam demōſtraui.
Tu cætera cura & cōtēpla: & de meis venator verbis. Py. aliquam
Mihi partē hodie operę des: deniqꝫ iā tādē ades illico. Pal. aſſum.
Impera ſi qd vis. Py. qd illa hæc narrat? Pal. tibi pol ſe lamentari
Ait illam miſeram cruciari: & lachrumantem ſe afflictare: quia
Tis egeat: quia te careat. ob eam rem huc ad te miſſaſt.
Pyr. Iube adire. Pal. at ſcin quid tu facias: facito faſtidii plenum:
Quaſi non lubeat. me inclamato: quia ſic tam vulgo vulgem.
Pyr. Memini: & præceptis parebo. Pal. voco ergo hāc: q̄ te q̄rit?
Pyr. Adeat ſi qd vult. Pal. ſi qd vis adi mulier. Mil. pulcher ſalue.
Pyr. Meū cognomētū cōmemorauit. dii tibii dent q̄cūqꝫ optes.
Mil. Tecū ætatē exigere vt liceat. Py. nimiū optas. Mi. nō me dico
Sed herā meā: quæ te demeretur. P. multę alię idē iſtuc cupiunt:
Quibus copia non eſt. Mil. ecaſtor haud mirū ſi te habes carum:
Hominem tam pulchrum: & præclara virtute: & forma: & factis.
Pyr. Heꝰ dignior fuit qſqꝫ hō q̄ eēt. Pal. nō hercle hūanū ē credo.
Nam vulturio plus humani credo eſt. Pyr. magnū me faciā nūc:
Quoniā illæc me conlaudat. Pal. viden tu ignauū vt ſeſe inferat?
Quin tu huic reſponde? hęc illa eſt: ab illa quam dudum.
Pyr. Ab q̄ illaꝝ? nā ita me occurſāt multę: meminiſſe haud poſſū.
Mil. Ab illa quę digitos deſpoliat ſuos: & tuos digitos decorat.
Nam hunc anulum ab tui cupiente huc detuli huic porro.
Py. qd nūc tibi vis mlier memora. Mil. vt q̄ te cupit: eā ne ſꝑnas.
Quæ per tuā nunuc vitam viuit. ſit nec ſit ſpes in te uno eſt.

Pyr. Quid nūc vult?Mil.te cōpellare: & cōplecti:& contrectare.
Nam niſi tu illi fers ſuppetias:iam illa animum deſpondebit.
Age mi achilles: fiat quod te oro.ſerua illam pulchram pulcher.
Expromebenignum ex te ingenium mi vir cape occiſor regum.
Pyr. Heu hercle odioſas res. q̄ties hoc tibi verbero ego ĩterdixi:
Meam ne ſic vulgo polliciteris operam.Pal.audin tu mulier?
Dixi hoc tibi dudū:& nūc dico. niſi huic verri affertur merces?
Non hic ſuo ſeminio quamq̃ porculenam partiturus̄t.
Mi.dabit q̄ntū ipus p̄cii poſcet.Pa.talētū philippū huic op⁹ auri ē
Minus a nemine accepiet.Mil.heu ecaſtor nimis vile eſt tandem.
Pyr. Non mihi auaritia vnquam innata eſt.ſatis eſt diuitiarum.
Plus mille auri:mille eſt medioꝝ philippei.Pal.præter theſaurū:
Tū argēti mōtes nō maſſas habet. ætna mons nō æque altus.
Mil.heu ecaſtor hoīeꝫ piurū? Pal.vt ludo?Mil.qd ego ni ſublect⁹?
Pa.ſcite.Mi.ſꝫ amabo mitte me actutū.Pal.qn tu huic rn̄dēs aliqd
Aut facturum aut non facturū?quid illā miſerā tantum excrucias?
Quæ nunq̄ male de te merita eſt.Py.iube eam exire huc ad nos.
Dic me omnia quæ vult facturū.Mil.facis nunc: vt facere æquū.
Quę te vult:eādem tu vis.Pal.nō hic inſulſum habet ingenium.
Mil. Quunq̃ me oratricem non ſpreuiſti : vt exorarem ex te.
Quid eſt vt ludo.Pal. nequeo hercle quidē riſu meo moderarier.
Ob eam cauſam huc abs te auorti.Pyr.nōę depol tu ſcis mulier:
Quātum ego honorē nunc illi habeo.Mil.ſcio: & iſtuc illi dicam.
Pal.Cōtra auro alii hāc vēder̄ potuit opā.Mil.pol iſtuc tibi credo
Pal. Meri bellatores gignuntur:quas hic prægnantis fecit.
Et pueri annos octingentos viuunt.Mil.vę tibi nugator.
Pyr. Quin mille annorū perpetuo viuunt ab ſæculo ad ſæculū.
Pal. Eo minus dixi:ne hęc cenſeret me aduorſum ſe mentiri.
Mil. Perii:quot hic annos viuet:cuius filii tam diu viuunt.
Pyr. Poſtriduo natus ſum ego mulier: q̄ꝫ iupiter ex ope nat⁹ eſt.
Pal. Si hic pridie foret q̄ꝫ ille eſt: hic haberet regnum in cælo.
Mil. Iam iam ſat amabo eſt.īſinite abeā ſi poſſum viua a vobis.
Pal. Quin ergo abis q̄n reſpōſum ſt.Mil.ibo atq̃ illā huc adducā:
Quā ꝑpt opa eſt mihi.nūqd vis? Py.ne magis ſim pulcher q̄ꝫ ſū:
Ita me mea forma habet ſolicitū.Pal.quid hic nūc ſtas?quin abis?
Mi.abeo.Pa.atq̃ adeo audi tu:/dicito docte & cordate: vt cor ei ſa
Philocomaſio dic ſi eſt hic domū vt tranſeat. hūc hic eſſe. (liat.
Mil.Hic cū hera eſt.clā nr̄m hūc ſublegerūt ſmonē.lepide fc̄tm̄ ē
Iam ex ſermone hoc gubernabūt doctius porro.Pal.remorare.

Mil. Abeo neq; te remoror: neq; te tango. neq; te taceo.
Pyr. Iube maturate illam exire huc iam; iſtic rei pręuortemur.

Pyrgopolynices. Palęſtria.

QVid mihi nūc es auctor: vt faciā palęſtrio de cōcubina nr̄a.
Nullo pacto pōt pri⁹ hęc ī ędis recipi: quā illā omiſerim.
Quid me conſultas: qd agā? Pal. dixi equidē tibi quo id pacto fieri poſſit clementiſſime
Aurum atq; veſtem omnem muliebrem habeat ſibi: quę illi
Inſtruxiſti. ſumat. habeat. auferat. dicaſq; tempus maximum eſſe
Vt eat domum: ſororem geminā eſſe & matrē dicito: quibuſcū
Comitata recte deueniat domum. Py. quid tu ſcis eas adeſſe?
Pal. Quia oculis meis vidi hic ſororē eē ei⁹. Py. cōuenit ne ea?
Pal. Cōuenit. Py. ecquid fortis viſa eſt? omnia vis opinare.
Py. Vbi matrem eſſe aiebat ſoror? Pal. cubare in naui lippam:
Atq; oculis turgidis nauclerus dixit: qui illas eduexit mihi.
Py. Is ad qs naucler⁹ hoſpitio diuortitur? Pal. qd is? Py. ecqd for(tis
Pal Abi ſis hinc. nā tu quidem ęque fuiſti ſcitus emiſſarius:
Qui cōſectare qui mares: quę fœminę. Py. hoc age nunc iſtuc.
Quod das conſilium mihi? tecum illa verba facere de iſta re volo.
Nā cū illa ſane cōgruit ſermo tibi. Pa. quin potius cū tu te ades:
Tuam rem tute agas. dicas vxorem tibi neceſſum eſſe ducere.
Cognatos perſuadere. amicos cogere. Py. ita ne tu cenſes?
Pal. Quid ego ni ita cenſeam? Py. ibo igitur ītro. tu hic ante ędis
Interim ſpeculare: vt vbi illæc ꝓdeat? me ꝓuoces. Pal. tu modo
Iſtuc cura: quod agis. Py. curatū id quidē eſt. quin ſi voluntate
Nolet: vi extrudā foris. Pa. iſtuc caue faxis. quin potius
Per gratiam bonam abeat abs te: atq; illęc quæ dixi dato.
Aurum ornamentaq; quæ illi inſtruxiſti: ferat. Py. cupio.
Pal. Hercle credo te facile impetratū iri. ſed abi intro, noli ſtare
Pyr. Tibi ſum obediens. Pal. nunqd videtur demutare: atq; ꝓut
Dixi eſſe vobis dudū hūc meū militē. nūc ad me vt veniat vſuſt
Acrotelantium. ancillula eius. & pleuſides. proh iupiter.
Satine vt commoditas me vſq; quaq; adiuuat.
Nā quos videre exoptabā maxime: vna exeūtis video de ꝓximo.

Acrotelantiū. Milphidippa. Pleuſides. Palæſtrio.

SEquimini. ſimul circūſpicite: nequis adſit arbiter.
Neminē pol video: niſi hunc quē volumus cōuentum eſſe.
Ergo voca. M. qd agis nr̄ architecte? Pa. ego ne architectus? vah.
Mil. Quid ē? Pal. q enī nō ſim dign⁹ pręte: vt figā palū ī parietē.

Eia vero nimis facete:nimiſq; facunde mala eſt.
Vt lepide deruncinauit militem.Mil.at etiam parum.
Bono animo es.negocium omne iam ſuccedit ſub manus.
Pal. Vos modo porro vt occœpiſtis:date operam amicabilem.
Nam ipſe miles concubinam intro abit oratum ſuam:
Ab ſe abeat cum ſorore & matre athenas.Ple.probe.
Pal. Quin etiã aurũ:atq; ornamenta quæ ipſe inſtruxit mulieri:
Omnia dat dono:a ſe vt abeat.ita ego conſilium ei dedi.
Ple. Facile iſtuc quidem eſt:ſi & illa volt:& ille autem cupit.
Pal. Non tu ſis cũ ex alto puteo ſurſum ad ſummũ aſcenderis.
Maximum periculum inde etiam ab ſummo:ne rurſum cadas.
Nunc hæc res apud ſummum puteum geritur.ſi præſenſerit
Miles:nihil hinc ferre poterit.huius nunc q̃; maxime
Opus eſt dolis.Ple.domi etiam ad eam rem video ſalis ſatis.
Mulieres tres.quartus tu te es.quintus ego.ſextus ſenex.
Pal. Quod apud nos fallaciarum:ſextunſt certo ſcio.
Oppidum quoduis videtur poſſe expugnare dolis:
Date modo operam.Ac.id nos ad te & ſi quid velles:venimus.
Pal. Lepide facitis.nunc hoc tibi ego impero.Ac.quid voles.
Pal. Militem lepide & facere laute ludificarier volo.
Ac. Voluptatẽ me caſtor mihi imperas.Pal.& ſcin quẽadmodũ!
Ac. Nempe vt ad ſimilem me amore iſtius differrei athenis:
Quaſiq; iſtius cauſa amoris ex hoc matrimonio
Abierim:cupiens iſtius omen ordinis nuptiarum.
Pal. Niſi modo vnum hoc haſche ædis dicas dotalis tuas:
Hinc ſenem abs te abiſſe:poſtq̃; feceris diuortium:
Ne ille mox vereatur introire in alienam domum.
Ac. Bene mones.Pal.ſed vbi ille exierit intus:iſtic te procul
Ita volo adſimulare:prę illius forma quaſi ſpernas tuam:
Quaſiq; eius opulentitatem reuerearis:& ſimul
Formam amœnitatis:illius faciem:pulchritudinem
Conlaudato.ſatin præceptiſt.Ac.teneo.ſatin eſt:ſi tibi
Meum opus ita dabo expolitum:vt improbare non queas.
Pal. Sat habeo.nũc tibi viciſſim quoq; ĩperabo.Ple.nũc dicito
Quam extemplo hoc erit factum.Pa.vbi intro hæc abierit:
Tu illico facito vt venias ornatu huc naucleriaco.
Cauſiam habeas ferrugineam.culturam ob oculos laneam.
Palliolum habeas ferrugineum:nam is colos Thalaſſicus
Idem & connexum in humero læuo expapillato brachio

Precinctus:aliquid aſſimulato quaſi gubernator ſies.
Atq; apud hunc ſenem omnia hec ſunt.nam is piſcatores habet.
Pl. Quid vbi ero exornatus:quin tu dicis:quid facturus ſum?
Pa. Huc venito & matris verbis philocomaſium accerſito.
Vt ſi itura eſt athenas:eat tecum ad portum cito.
Atq; adiuuet ferri in nauim:ſi quid in portu velit.
Niſi eat:& te ſoluturum eſſe nauim:ventum operam dare.
Ple. Satis placet pictura.perge.Pa.illa exteplo nihil iã morabitur
Vt eat:vt properet:ne ſit matri moræ.Ple.multis modis ſapis.
Pa. Ego illi dicã:vt me adiutorẽ qui onus ferã ad portũ:roget.
Ille iubebit me ire cum illa ad portum.ego adeo:vt tu ſcias
Prorſum athenas protinus a bibo tecũ.Ple.atq; vbi illo veneris:
Triduum ſeruire nunquam te.quin liber ſis:ſinam.
Pa. Abi cito atq; orna te.Pl.nunqd aliud? Pa.hæc vt memineris.
Pl. Abeo.Pa.& vos abite intro actutũ:nam illum hinc ſat ſcio
Iam exititurũ eſſe intus.Ac.paleſtrio apud nos imperium tuũ eſt.
Pal. Agite.abſcedite ergo.ecce autem cõmodum aperitur foris.
Hilarus exit.impetrauit.inhiat quod nuſq̃ eſt miſer.
Pyrgopolynices.Palæſtrio.
QVod voluivt volo:ĩpetraui p amicitiã & grãz a philocomaſio
Pal. Quid nã tam int? fuiſſe dicã diu? Py.nunq̃ ego quidẽ
Tam ſenſi amari:q̃ nũc ab illa muliere.Pal.quid iam?
Py. Vt multa verba fecit:vt lenta materies fuit:verũ poſtremo
Impetraui vt volui.donaui quæ voluit.quæ poſtulauit.
Te quoq; dono dedi.Pa.etiã me?quomodo ego viuam ſine te?
Pyr. Age aĩo bono es:idẽ ego te liberabo.nã ſi poſſet vllo modo
Impetrari:ne te abduceret: operam dedi:verum oppreſſit.
Pal. Deos ſpero:teq; poſtremo:tametſi iſtud mihi acerbuſt:
Quia hero te carendum eſt optimo:ſaltem id volupe eſt:
Cum ex virtute formæ venit tibi mea opera ſuper hac vicina:
Quam ego nunc concilio tibi.Py.quid opus verbis?
Libertatem tibi ego & diuitias dabo:ſi impetras.
Pal. Reddam impetratum.Py.at geſtio.Pa.at modico diſce
Moderare animo:ne ſis cupidus.ſed eccã ipſam egreditur foris.
Milphidippa: Acrotelantiũ.Pyrgopolynices. Palæſtrio.
HEra eccum præſto militẽ.Ac.vbi eſt? Mil.ad leuã.Ac.video.
Mi. Aſpice limis oculis:ne ille nos ſe viderẽ ſctiat. Ac.video.
Mil. Adepol nũc nos tempus eſt malos peiores fieri.Ac.tuũ eſt
Initiũ.obſecro tu te ipſum cõueniſti.Mil.ne parce voci:vt audiat.

Cum ipſo pol ſum ſecuta placide ipſa: vt libitum eſt mihi.
Ocioſe meo arbitratu vt volui. Pyr. audin quæ loquitur?
Pal. Audio ꝙ̄ læta eſt: quia te adiit. Mil. o fortunata mulier es.
Vt amari videor dignus eſt. Ac. permirum ecaſtor prædicas:
Te adeſſe atq; exoraſſe per epiſtolā aut per nuncium: quaſi regē
Adiri eū aiunt. Mil. namque ædepol vix fuit copia adeundi atq;
Impetrandi. Pal. vt tu inclytus apud mulieres. Py. patiar:
Quando ita venus vult. Ac. veneri pol habeo gratiam:
Tandemq; & oro & quæſo vt eius mihi ſit copia:
Quem amo quēque expetiſſo: benignuſq; erga me vt ſiet.
Quod cupiam: ne grauetur. Mil. ſpero ita futurū: ꝙ̄ꝙ̄ illum
Multæ ſibi expeteſſunt: ille illas ſpernit ſegregat ab ſe omnis:
Extra te vnā. Ac. ergo iſti⁹ met⁹ me macerat: qd' ille faſtidioſuſt.
Ne oculi eius ſententiam mutent: vbi viderit me: atq; eius
Elegantia meam extemplo ſpeciem ſpernat. Mil. non faciet.
Bonum animum habe. Py. vt ipſa ſe contemnit. Ac. metuo.
Ne prædicatio tua nunc meam formam exuperet.
Mil. Iſtuc curaui: vt opiniōe illi⁹ pulchrior ſis. Ac. ſi poſt me volet
Ducere vxorem: genua amplectar: atq; obſecrabo aliquo modo.
Si nō qbo ipetrare: cōſciſcā lœtū. viuer̄ ſine illo ſcio me nō poſſe.
Py. Prohibēdā mortē mulieri video. mulierē adibō? Pa. minime.
Nam tu te vilem feceris: ſi tu vltro largiere. ſine vltro veniat.
Quæritet. deſideret: expectet. ſi non perdere iſtam gloriam vis
Quam habes: caue ſis faxis. nam nulli mortali ſcio
Obtigiſſe hoc niſi duobus: tibi & phaoni leſbio:
Tam nimie te amarent. Ac. eo intro. abi tu illunc euocatum
Foras mea milphidippa. Mil. imo opperiamur: dum exeat aliqs.
Ac. Durare nequeo: qn eam intro. occluſę ſunt fores. effringā.
Mil. Sana non eſt. ſtimulauit inquam. Ac. ſi parem ſapientiam
Hic habet ad formam per amorē: ſi quid fecero clemēti animo
Ignoſcet. Pal. vt quæſo amore perdita eſt miſera. Py. mutuum fit.
Pal. Tace ne audiat. Mil. qd aſtitiſti obſtupida? cur non pultas?
Acr. Quia nō ē it⁹: quē ego volo. Pa. q ſcis? Ac. ſcio ędepol olfa-
Nam odorē naſus ſentiet: ſi intus ſiet. Pyr. hariolatur. quia (cio
Me amat: propterea venus fecit eam vt diuinaret. Ac. neſcio
Vbi hic prope adeſt: quē expeto videre. olet ꝑfecto. Py. naſo pol
Iam hæc quidem plus videt ꝙ̄ oculis. Pal. cæca hercle eſt.
Ac. Tene me obſecro. Mil. cur? Ac. ne cadam. Mi. quid ita?
Ac. Quia ſtare nequeo: ita animus per oculos meos deſit.

Mil. Militem pol tu aſpexiſti? Ac. ita. Mil. non video vbi eſt.
Ac. Videres pol ſi amares. Mil. non ædepol tu illum magis
Amas: q̄ egomet: ſi aperte liceat. Pal. omnes profecto mulieres
Te amāt: vt queq; aſpexit. Py. neſcio tu me ex hoc audieris: an nō
Nepos ſũ veneris. Ac. mea milphidippa adi obſecro & cōgrederẽ.
Py. Vt me veretur. Pal. illa ad nos ꝑgit. Mil. vos volo: Py. & nos te.
Mil. vt iuſſiſti: herã meã eduxi foras. Py. video. Mil. iube ergo adirẽ.
Py. Induxi animum ne oderim item vt alias: quando oraſti.
Mil. Verbum hercle facere non potis. ſi acceſſerit prope ad te:
Dũ te obtuetur: linguã oculi preciderunt. Py. leuandũ morbum
Mulieri video. Mil. vidẽ vt tremit: atq; extimuit poſtq̄ te aſpexit?
Pyr. Viri quoq; armati idem iſtuc faciunt. iube domum ire.
Mil. Ne tu mirere mollius mulierẽ. Py. ſed quid volt me agere?
Mil. Ad ſe vt eas. tecum viuere volt: atq; ætatem exigere.
Py. Egon illam adeã: quę nupta ſit? virũ eius metuere æquũ eſt.
Mil. Quin tua cauſa exegit virũ a ſe. Py. qui id facere potuit?
Mil. q̀a ędes dotales huiꝰ ſũt. Py. ita ne? Mil. ita pol dicã domũ ire.
Pyr. Ita ego illic ero. Mil. vide ne ſis in expectatione: ne illam ani
mi excrucies. (vides?
Py: Nō ero ꝓfecto. abite. Mil. abimꝰ. Py. ſed q̄d ego video? Pal. q̄d
Pyr. Neſcio q̄s eccũ icedit ornatu q̄dẽ thalaſſico. Pa. is nos volt.
Eſt ꝓfecto nauclerꝰ. hic q̄dẽ ẽ. videlicet accerſit: accitã hinc credo.

Pleuſides. Palæſtrio. Pyrgopolinices.

ALium alio pacto propter amorem neſciam feciſſe multa
Neq̄ter: verear magis me amoris cauſa hoc ornatu icedere.
Verum cum multos multa admiſiſſe acceperim inhoneſta
Propter amorem atq; alienum a bonis: mitto iam. vt occidit
Achilles quiuis paſſus eſt. ſed eccũ palęſtrionem ſtat cum milite.
Orō illo mihi demutāda ẽ mea mulier ꝓfecto nataſt ex ip̄a mora.
Nam quæuis alia quæ eſt: æq; mora: minor ea videtur
Quã quæ propter mulierẽ eſt. hoc adeo fieri credo conſuetudine.
Nunc ego hanc accerſam philocomaſium. ſed fores pultabo.
Heus ecquis hic eſt? Pal. adoleſcens quid eſt? quis tu es? q̄d pultas?
Ple. Philocomaſium quærito. a matre illius venio: ſi itura eſt
Eat. omnis moratur. nauim cupimus abſoluere.
Py. Iam dudum res parata eſt palæſtrio aurũ ornamẽta veſtem
Precioſum om̄e vt ferat. duc adiutores tecũ ad nauim: qui ferant.
Omnia cōpoſita ſunt: q̄ donaui: vt ferat. Pa. eo. Ple. quæſo hercle
Propera. Py. nō morabitur. quid iſtuc q̄ſo: q̄d oculo factũ eſt tuo.

Ple. Habeo quidem hercle oculum.Pyr.ad leuũ dico.Ple.eloq̃r.
Maris cauſa hercle hoc ego oculo vtor minime.
Nam ſi abſtin viſſem a mari tanq̃ hoc vtere:
Sed nimis morantur me diu.Py.eccos exeunt.
Palęſtrio philocomaſiũ.Pleuſides.Pyrgopolynices:
QVid modi flendo quæſo hodie facies!Phi.quid ego ne fleam!
Vbi pulcherrime egi ætatẽ:ĩde abeo.Pal.viden hominẽ tibi:
Qui a matre & ſorroe venit!Phi.video.Py.audiſtin palæſtrio!
Pal. Quid vis!Py.quin tu iubes efferri omnia:quę iſti dedi!
Ple. Philocomaſium ſalue.Phi.& tu ſalue.Ple.materq̃ & ſoror
Tibi ſalutem me iuſſerunt dicere.Phi.ſaluę ſient.
Ple. Orant te:vt eas ventus operam dum ducat:vt velũ explicẽt.
Nam matri oculi ſi valerent:mecum veniſſet ſimul.
Phi. Ibo:quãq̃ inuita facio omnia:pietas ſic cohibea.Ple.ſapis.
Pyr. Si non mecum ætatem egiſſet:hodie ſtulta viueret.
Phi. Iſtuc cruciora viro me tali abalienarier.
Nam tu quemuis poteſſis facere vt fluat facetiis.
Et quia tecum eram: propterea animo eram ferocior.
Eã nobilitatẽ: video oĩa.Py.ne fle.Phi.non queo cũ te video.
Pal. Habe bonum animum.ſcio ego: & quid doleat mihi.
Nam nihil miror ſi libenter philocomaſium hic eras.
Formam huius:mores:virtutem:animum attinere hic tuum.
Quem ego ſeruus quando aſpicio hunc lacrumũ qui abiũgitur.
Phi. Obſecro liceat complecti prius q̃ proficiſco.Py.licet.
Phi. O mei oculi:o anime mi.Pal.obſecro te:mulier
Ne afflig atur.Py.qd iſtuc! Pal.poſtq̃ abs te abit:aĩo malefactum
Eſt huic repente miſeræ.Pyr.accurrite intro:atq̃ efferte aquam.
Pal. Nihil aquã moror.Pyr. quor.Pal.malo ne interueneris
Quæſo:dum reſipiſcit.capta inter ſe nimis noxam hinc habet.
Non placet.labra labellis feruminauit acre malum.
Ple. Tentabam ſpirarentan non auræ:at nos iam oportuit.
Sin magis vis:ambos mittam.Py.nolo retineat.Ple.flet miſera.
Py. Exite atq̃ hęc ferte huc intus omnia:quæ iſti dedi.
Pal. Etiam nunc ſaluto te familiaris prius quam eo:
Conſerui conſeruæq̃ omnes bene valete & viuite.
Bene quæſo inter vos dicatis,& mi abſ[illegible]ti tamen.
Py. Age palæſtrio bono animo es.Pal.heu nequeo quin fleam:
Quõ abs te abeã.Py.fer æquo aĩo.Pal.ſcio ego qd doleat mihi.
Ple. Sed quid hoc quereris!Phi.quid video! lux ſalue

Ple. Iam reſipiſti.Phi.obſecro quem amplexa ſum hominem?
Perii.ſum ne ego apud me?Pyr.ne timeas voluptas mea.
Pal. Quid iſtuc eſt negocii?Py.animus hāc modo hic reliquerat.
Pal. Metuoq; & timeo:ne hoc tandem palam fiat nimis.
Py. Quid id eſt?Pal.nos palam ferre nunc per vrbem omnia:
Ne quis tibi hoc vitio vortat.Py.mea non illorum dedi.
Parui ego illos facio.agite ite cum dis bene volentibus.
Pal. Tua ego hoc cā dico.Py.credo.Pal.iā vale.Py.& tu bñ vale.
Pal. Ite cito.iam ego adſequar vos:cum hero pauca eloquar.
Quanq̄ alios fideliores ſemper habuiſti tibi q̄ me:tamen
Tibi habeo magnam gratiam rerum omnium.
Et ſi ita ſententia eſſet:tibi ſeruire mauelim multo
Quam alii libertus eſſe.Py.habe bonum animum.Pal.ah
Cum venit in mentem:vt mores mutandi ſient:
Muliebris mores diſcendi:obliuiſcendi ſtratiotici.
Pe. Fac ſis frugis.Pal.iam non poſſum.amiſi omnem libidinē.
Py. I ſequere illos.ne morere.Pal.& tu bene vale.
Pal. Quæſo vt memineris ſi forte liber fieri occepœrim:
Mittam nuncium ad te ne me deſeras.Py.non eſt meum.
Pal. Cogitato identidem tibi quam fidelis fuerim.
Si id facies:tum demum ſcibis:tibi qui bonus ſit:qui malus.
Ph. Scio & perſpexi ſępe ſępe:verū cū ante hac:tū hodie maxīe.
Pal. Scies immo hodie a me vero factum faxo.poſt dices magis.
Py. Vix reprimor:qn te manere iubeam. Pal.caue iſtuc feceris.
Dicent te mendacem:nec verum eſſe.fide nulla eſſe te.
Dicant ſeruorum præter me eſſe fidelem neminem.
Nam ſi honeſte cenſeam:te facere poſſe ſuadeam.
Verum non poteſt.caue faxis.Py.abi.iam patiar quicquid eſt.
Bene vale igitur.Pa.ire melius eſt.Pa.ſtrenue.Pa.etiam nūc vale.
Py. Ante hoc factum hūc ſum arbitratus ſemp̄ ſeruū peſſimū:
Eum fidelem mihi eſſe inuenio:cum ego mecum cogito.
Stulte feci qui hunc amiſi:ibo hinc intro nunc iam
Ad amores meos.exi hinc.ſonitum fecere fores.

Puer.Pyrgopolinices.

NE me moneatis.memini ego officium meum.
Ego nam conueniam illum:vbi eſt gentium.
Inueſtigabo.operæ non parco meæ.
Pyr. Me quærit illic.ibo huic puero obuiam.
Pu.Hē te q̄ro vir lepidiſſime cumulāte cōmoditate p̄ter cæteros:

Duo dí quem curant.Py.quí duo?Pu.mars & venus.
Pyr. Facetum puerum.Pu.intro te vt eas obſecrat:
Te volt:te quærit.teq; expectans petit.
Amanti fer opem.quid ſtas?quin intro is?Py.eo.
Pu. Ipſus illic ſe iam impediuit in plagas.
Paratæ inſidiæ ſunt.in ſtatu ſtat ſenex:
Vt adoriatur mœchum:qui forma eſt ferox.
Quí omnis ſe amare credit:quaſq; aſpexerit
Mulieres:eum odere tam viri q̃ mulieres.
Nunc in tumultum ibo:intus clamorem audio.

O Periplectomenus.Pyrgopo.Cocus Carío.Sceledrus.
Vcite iſtum.ſi non ſeqtur:rapite ſublimē foras.facite inter
Terrā atq; celū vt ſit.diſcīdite.Py.obſecro hercle periplectomene.
Pe. Neqcq̃ hercle obſecraſ.vide vt iſtic tibi ſit act9cario culter ꝓbe.
Ca. Quī iādudū geſtit mœcho hoc abdomē adimere: & faciam
Quaſi puero in collo pendeant crepundia.Py.perii.
Car. Haud etiam numero hoc dícis.iā in hominem inuolo
Per. Immo etiam prius verberetur fuſtibus multum quídem.
Cur es auſus ſubaugitare alienam vxorem impudens? Py.ita me
Dii amēt vltro vētū ē ad me.Per.mētítur.Py.perii mane dū narro
Per. Quid ceſſatis?Py.non licet mihi dícere?Per.dic.Py.orat9 ſū
Ad te huc venire.Per.quare auſus?hem tibi.
Py. Hodíe ſum ſatis verberatus.obſecro.Pe.quam mox ergo
Vbi lubet diſpēnite hominē diuorſum:& diſtēdite.Py.obſecro
Hercle te vt mea verba audias:prius q̃ ſecor. Per.loquere nō dū
Donec factum eſt.Py.viduam eſſe cēſui:itaq; ancilla cōciliatrix
Dicebat mihi.Per.iura te non nociturū eſſe hominem de hac re
Neminē:qđ tu hodie hic verberat9:aut q ſ verberare:ſi te ſaluū
Hinc mittimus veneríum nepotulū.Py.iuro ꝑ venerē & martem
Me nociturum nemini:quod ego hic hodie vapulo: ſed mihi id
æque factum arbitror.
Et ſi ītestat9 nō abeo hic: bū agitur ꝑ noxía. Per.qđ ſi id ñ faxis?
Py. Vt viuā ſp ītestabilís.Car.verberetur ēt:poſt tibí amittendū
Cenſeo.Py.dii tibi bū faciant ſemper:cū aduocat9 mihi bene es.
Ca. Ergo des minā auri nobís.Py.quamobrē?Car.ſaluis teſtib9
Vt te hodie hinc amittamus veneriū nepotulū.Per.magis ſapis
De tunica chlamyde & mucrone:q ſperes.Car.nō feret verbero.
Etiam ne animam amittis.Py.mitis ſum equidē fuſtib9 obſecro
Vos.Pe.ſoluite iſtū.Py.grām hēo tibi.Pe.ſi poſt hac ꝑ̄ndero hic:

Arcebo teſtibus.Py.cauſam haud dico.Per.eamus intro cario.
Py.Seruos meos eccos video.philocomaſiũ iã ꝑfecta ẽ:dic mihi.
Sce. Iã dudũ.Py.hei mihi.Sce magis dicas ſi ſcias:qd ego ſcio.
Nam ille qui lanam ob oculum habebat:nauta non erat.
Py. Quis erat igitur!Sce.philocomaſio amator. Py.qui tu ſcis!
Sce. Scio.nã poſtq̃ exierunt porta:nihil ceſſarũt illico oſculari:
Atq̃ amplexari iter ſe.Py.vę miſero mihi.ṽba mihi data eẽ video
Scelus vir palæſtrio:is me hac illexit fraude.iure factum iudico.
Si ſic aliis mœchis fiat: minus hic mœchorum ſiet:
Magis metuãt:minus has res ſtudeant.eamus ad me:plaudite.

## Plauti.Sar.Mercator.

### Argumentum.

MIſſus eſt mercatum ab ſuo adoleſcens patre
Emit atq̃ portat ſcita forma mulierem.
Requirit quæ ſit:poſtq̃ eam vidit ſenex.
Confingit ſeruus emptam matri pediſequam.
Amat ſenex hanc.ſe adſimulans vendere
Tradit vicino.computat vxor ſibi
Obduxiſſe ſcortum.tum charinum ex fuga
Retrahit ſodalis:poſtq̃ amicam inuenit.

### Argumentum.

MErcatum a ſe filium extrudit pater.
Is peregre militis redimit ancillam hoſpitis
Amore captus.vt vehit:naui exilit.
Pater aduolat.viſam ancillam deperit.
Cuius ſit percontatur.ſeruus pediſequam
Ab adoleſcente matri emptam ipſius.
Senex ſibi perſpiciens vt amico ſuo
Veniret:natum orabat.natus vt ſuo.
Hic filium ſubdiderat vicini pater.
Vicinus præmercatur ancillam ſenex.
Eam domi deprehenſam coniunx illius
Vicini ſcortum inſimulat:protelat virum.
Mercator expes patria fugere deſtinat.
Prohibetur a ſodale.qui patrem illius
Orat:cum ſuo patre nato vt cederet.

### Charinus.

DVas res ſimul nunc agere decretumſt mihi.

Et argumentum & meos amores eloquar.
Non ego idem facio.vt alios in comœdiis
Vidi amantis facere:qui aut nocti aut deiei
Aut ſoli aut lunæ miſerias narrant ſuas:
Quos pol ego credo humanis querimoniis
Non tanti facere quid velint:vt quid non velint.
Vobis narrabo potius meas nunc miſerias.
Græce hæc vocatur emporus philemonis.
Eadem latine mercator marci acci.
Pater ad mercatum hic meus me miſit rhodum.
Biennium iam factum eſt:poſtq̃ abii domo.
Occœpi amare forma eximia mulierem.
Sed iam:vt ſimpliciter dicam:opera eſt auribus:
Atq; aduortendum vt animum adeſt benignitas:
Et hoc parum eſſe more maiorum inſtiti.
Per me percontatus ſum:ſumq; iudex illico.
Nam amorem hæc cuncta vitia ſectari ſolent.
Cura.ægritudo.nimiaq; elegantia.
Hoc non modo illum qui amat:ſed quenq; attigit
Magno atq; ſolido mulctat infortunio.
Nec pol profecto quiſq̃ ſine grandi malo.
Præter q̃ res patitur:ſtudet elegantiæ.
Sed amori accedunt etiam hæc quæ diximus:
Inſomnia:ærumna:error.& terror.& fuga.
Ineptia:ſtultitiaq;:adeo & temeritas.
Incogitantia.excors immodeſtia.
Petulantia.cupiditas:& maliuolentia
Inheret etiam auiditas.deſidia.iniuria.
Inopia.contumelia.& diſpendium.
Multiloquium.pauciloquium.hoc ideo fit:
Quia quæ nihil attingunt ad rem:nec ſumptus videt.
Tum amator profert ſępe aduerſo tempore.
Hoc pauciloquium rurſum idcirco prædico:
Quia nullus vnq̃ amator adeo callidus
Facunduſq; in rem infit ſuam:vt poſſit loqui.
Nunc vos mihi iraſci ob multiloquium non decet.
Eodem quo amorem venus hanc mihi legauit diem.
Illuc reuerti certum:& conata eloquar.
Principio atq; animus ephebis ętate exiit

Atq; animus ſtudio amotus puerili
Meus eſt: amare valide cœpi hic
Meretricem. illico res exulatum abibat.
Leno importunus dominus eius mulieris
Vi ſumma quidq; poterat rapiebat domum.
Obiurgare pater. hic noctes & dies
Perfidiam iniuſtitiam lenonum exprimere.
Lacerari valide ſuam rem. illius augerier.
Summo hoc clamore interdũ muſſans loqui.
Abnuere. negitare. adeo me natum ſuum
Conclamitare tota vrbe: & prædicare
Omnes temnerent minitanti
Amatorem: multos illexit in diſpendium.
Intemperantem. non modeſtum iniurium
Trahere: exurere. me quod irem ad .e domum
Ratione peſſima: eaq; ipſius optuma
Omneſq; mores inueniſſe perſerus.
Mores vidi funditari: ac diedere.
Conuitium tot me annos iam ſic paſcere:
Quem niſi puderet: ne luberet viuere.
Seſe extemplo ex ephebis poſtquã exceſſerit:
Non vt ego amori: neq; deſidiæ in ocio
Operam dediſſe: neq; poteſtatem ſibi
Fuiſſe: adeo arcte cohibetum eſſe a patre.
Multopere immundo ruſtico exercitum:
Neq; niſi quinto anno quoq; poſſe tum viſere
Vrbem: atq; extẽplo inde vt ſpectauiſſet pplꝫ:
Rus rurſum confeſtim exigi ſolitum a patre.
Ibi multo primum ſe familiarium
Laborauiſſe. cum hec pater ſibi diceret:
Tibi aras: tibi occaſſis: tibi ſeris: tibi eidẽ metis.
Tibi deniq; iſte pariet lætitiam obex.
Poſtquam receſſit vita patrio corpore:
Agrum ſe vendidiſſe: atq; ea pecunia
Nauim metretas quæ trecentas tolleret:
Paraſſe: atq; ea ſemper cis vectatum vndiq;.
Adeo dum quæſtum haberet: peperiſſe bona.
Me idem dicere ſic vt deceret me fore.
Ego me vbi inuiſum meo patri eſſe intelligo:

Atq; odio eſſe me quod placeret æquum fuit
Amens amanſq;: vt animum offirmo meum:
Dico eſſe iturum me mercatum ſi velit.
Amorē miſſum facere me: dum illi obſequar.
Agit gratias mihi: atq; ingeniū adlaudat meū:
Sed mea promiſſa non neglexit perſequi.
Aedificat nauim gerariam: & merces emit.
Parata naui imponit præterea mihi
Talentum argenti. ipſe ſua ad numerat manu.
Seruum vna mittit: qui olim a puero paruulo
Mihi pædagogus fuerat: quaſi vti mihi foret
Cuſtos. hiſce confeſtim nauim ſoluimus.
Rhodum venimus: vbi quas merces vexeram
Omnis: vt volui: vendidi ex ſententia.
Lucrū ingens facio: præterq̄ mihi meus pater
Dedit æſtimatas merces. ita peculium
Conficio grāde. ſed dum in portu ibi ambulo:
Hoſpes me quidam agnouit. ad cœnam vocat.
Venio. decumbo accept⁹ hilare atq; ampliter.
Diſcubitum noctu vt imus: ecce ad me aduenit
Mulier: qua mulier alia nulla eſt pulchrior.
Ea nocte mecum illa hoſpitis iuſſu fuit.
Voſmet videte: quam mihi valde placuerit.
Poſtridie hoſpitem adeo. oro vt vendat mihi.
Dico eius pro meritis gratū me & munē fore.
Quid verbis opus eſt? emi atq; aduexi heri.
Eam me aduexiſſe nolo reſciſcat pater.
Modo eam reliqui ad portū in naui: & ſeruolū.
Sed quid currētem ſeruum a portu conſpicor?
Quem naui abire vetui. timeo quid ſit.

Acanthio. Charinus.

EX ſūmis opib⁹ viribuſq; vſq; expire: niterē: her⁹ vt mior opa tua
Seruetur. agedū acāthio abige abs te laſſitudinē. caue pigriciç p̄uer
Simul enicat ſpūs. vix ſuffero hercle anhelitum. ſimul aūt (tier.
Pleniſſime iis quid aduorſum eunt: aſpelito. detrude. deturba in viā.
Hæc diſciplina hic peſſima eſt currenti. properanti haud quiſquā
Dignū habet decedere. ita tres ſimul res agēdę ſūt: qñ vnā occœpis.
Et currendum: & pugnandum: & ante iurgandum eſt in via.
Cha. Quid illud eſt: quod ille tā expedite exquirit curſuram ſibi?

Cura eſt negocii quid ſit: aut quid nunciet. Ac. nugas ago.
Quam reſiſto: tã maxime res in periculo vortitur. Ch. mali neſcio
Quid nunciat. Ac. genua hũc curſorem deſerunt. perii. ſeditionem
Facit lien. occupat pręcordia. perii. animã nequeo vertere nũmis.
Nihil tibi cenſi eſt. Ch. at tu ædepol ſume tibi laciniam: atq; abſterge
Sudorẽ tibi. Ac. nunquã ædepol oẽs balneę mihi hanc laſſitudinẽ
Eximẽt. domin an foris dicã eſſe herũ charinũ? Ch. ego animi pẽdeo
Quid illud ſit negocii. lubet ſcire me: ex hoc metu vt ſim certus.
Ac. At etiã aſſiſto: at etiã ceſſo forib⁹ facere his aſſulas? apite aliquiſ.
Vbi charinus herus. domi eſt an foris? num quiſquã adire ad oſtium
Dignũ arbitratur? Ch. ecce me acanthio: quem quęris. Ac. nuſq; eſt
Diſciplina ignauior. Ch. quæ te male res agitant? Ac. multæ herc te
Atq; me. Ch. qd eſt negocii? Ac. perim⁹. Ch. prĩcipiũ inimicis dato.
Ac. At tibi ſortito id obtigit. Ch. loquere id negocii quid eſt?
Ac. Placide volo adquieſcere.
Tua cauſa rupi ramices. iam dudum ſputo ſanguinem. Ch. reſinam
Ex melle ægyptiã uorato: ſaluũ feceris. Ac. at ædepol tu calidã picẽ
Bibito: ægritudo abſceſſerit. Ch. hominem iracundiorẽ q̃ te noui
Neminem. Ac. at ego maledicentiorem quam te noui neminem.
Ch. Sin saluti quod tibi eſſe cẽſeo: id cõſuadeo. Ac. apage iſtiuſmõi
Salutẽ: cruciatu q̃ aduenit. Ch. dic mihi an boni qd vſq; eſt? Cleſtiã?
Quo qſq; vti poſſit ſine malo oĩ: aut ne laborẽ capias cũ illo aut mo
Ac. neſcio ego iſtęc. philoſophari nũq; didici: neq; ſcio ego bonũ mĩ;
Quo accedit mihi dari haud deſidero. Ch. cedo tuam mihi dexterã
Agedum acanthio. Ac. en dabitur tene. Ch. vin tu te mihi obeſſe
Sequẽtẽ: an ne vis? Ac. opa licet expiri: q me rupi cauſa currẽdo tua:
Vt q̃ ſcirẽ: ſcir̃ actutũ tibi licer̃t. Ch. liberꝶ caput tibi faciã paucos mẽſiſ
Ac. Palpo pcutis. Ch. egõ auſim tibi vſq; quicq; facin⁹ ftm̃ ploqui?
Quin iã priuſquã ſim elocutus ſciſſe mentiri nolo. Ac. ah laſſitudinẽ
Hercle verba tua mihi addunt. enicas. ſiccine mihi obſequens es?
Ch. Quid vis faciã? Ac. tũ id qđ volo. Ch. qd eſt igr̃ qd vis? Ac. dicã.
Ch. Dice. Ac. at em̃ placide volo. Ch. dormiẽtis ſpectatores metuis
Ne e ſomno excites? væ tibi. Ac. tibi equidem a portu adporto hoc.
Ch. qd fers? dic mihi. Ac. vin metũ. cruciatũ. curã. iurgiũ. atq; ĩopiã?
Ch. Perii tu quidem theſaurũ hunc apportauiſti mali. nullus ſum.
Ac. Immo es. Ch. Ch. ſcio iã miſerũ dices. Ac. tu dixiſti. ego taceo.
Ch. Quid iſtuc eſt mali? Ac. ne rogites. maximum infortunium eſt.
Ch. Obſecro diſſolue iã me. nimis diu animi pendeo. Ac. placide.

Multa exquirere etiam prius volo: quam vapulem. Ch. hercle vero
Vapulabis: niſi iam loquere: aut hinc abis. Acr. hoc ſis vide.
Vt palpator null⁹ eſt: qñ occœpit blãdior. Ch. obſecro hercle oroq;
Vt iſtuc quid ſit: actutum indices: quando quod mihi ſupplicandũ
ſeruulo video meo.
Ac. Tãdẽ idign⁹ videor? Ch. ĩmo dign⁹. Ac. eqdẽ credidi. Ch. obſecro
Nũ nauis perit? Ac. ſalua eſt nauis. ne time. Ch. quid alia armamẽta?
Ac. Salua & ſana ſũt. Ch. qn tu expedis qd ſiet: qđ me ꝑ vrbẽ currens
Quærebas mõ? Ac. tu quidẽ ex ore orationẽ mihi eripis. Ch. taceo.
Ac. Tace modo: ſi boni quid ad te nunciẽ: inſtes acriter. quin nunc
Cũ malũ audiũdunſt: flagitas me vt eloquar? Ch. obſecro hercle te:
Iſtuc vti tu mihi malũ facias palam. Ac. eloquar: qñ quidẽ me oras.
Tuus pater. Ch. quid meus pater? Ac. tuam amicam. Ch. quid eam?
Ac. vidit. Ch. vidit? vę miſero mihi. hoc quod te interrogo reſpõde.
Ac. Quin tu ſi quid vis roga. Ch. qui potuit videre? Ac. oculis.
Ch. Quo pacto? Ac. hiantibus. Ch. hinc dierectus. nugare in re
Capitali mea. Ac. qui malũ ego nugor: ſi tibi quid rogas: reſpõdeo.
Ch. Certen vidit? Ac. tam hercle certe: q̃ ego te ac tu me vides.
Ch. Vbi eam vidit? Ac. intus intra nauim: vt prorę aſtitit: & cum
Ea confabulatus eſt. Ch. perdidiſti me pater: eho tu eho tu:
Quin cauiſti ne ve eam videret verbero? quin ſceleſte abſtrudebas:
Ne eã cõſpiceret pater? Ac. quia negocioſi eram⁹ nos nr̃is negociis:
Armamentis complicãdis & componendis ſtuduimus. dum hæc
Aguntur: lembo aduehitur tuus pater pauxillulo.
Neq; quiſpiam hominem conſpicatuſt: donec in naui ſuper.
Ch. Nequicquam mare ſubterfugi ſæuis tempeſtatibus.
Equidem iam me cenſebam eſſe in terra atq; in tuo loco:
Verum me video & ſaxa ferri ſæuis fluctibus.
Loquere porro quid ſit actum. Ac. poſtquam aſpexit mulierem:
Rogitare occœpit cuius eſſet. Ch. quis reſpondit? Ac. illico
Occuri: atq; interpello matri te ancillam tuæ emiſſe illam.
Ch. Viſũ tibi credere id? Ac. ẽt rogas? ſ; ſceleſt⁹ ſubagitare occœpit.
Ch. Illã ne obſecro? Ac. mirũ quin me ſubagitaret. Ch. ædepol cor
Miſerũ meũ qdẽ guttatim cõtabeſcit: quaſi in aquã indideris ſalẽ.
Perii. Ac. hem iſtuc vnum verbũ dixiſti veriſſimum. ſtultitia iſtæc eſt.
Ch. Quid faciã cedo. nõ credet pater ſi illam matri meę emiſſe dicã?
Poſt autem mihi ſcelus videtur me parenti proloqui mendacium:
Neq; ille credet: neq; credibile eſt forma eximia mulierem:
Eam me emiſſe ancillam matri. Ac. non taces ſtultiſſime.

Credet hercle:nam credebat iam mihi.Ch.metuo miſer
Ne patrem prendat vt ſit geſta res ſuſpicio.hoc quod te rogo
Reſpōde.Ac.q̄ſo quid rogas?Ch.nū eſſe amicam ſuſpicari viſus eſt?
Ac. Non:ſed credebat.Ch.væ miſero nullus ſum. ſed quid ego hic
In lamentando pereo.ad nauim non eo. ſequere.Ac.ſi iſtac ibis:
Commodum obuiam venies patri.poſtquā aſpiciet te timidū eſſe
Atq; exanimatum: illico retinebit.rogitabit vnde illam emeris.
Quanti emeris timidum tentabit te.Ch.hac ibo potius.
Iam cenſes patrē abiiſſe a portu? Ac.quin ego hac præcucurri gra:
Ne te opprimeret imprudentem:atq; eiectaret.Ch.optume.

Demipho ſenex.

MIris modis dii ludos faciunt hominibus : miriſq; exēplis ſomnia
Inſomnis donant:velut ego nocte hac quæ præterit proxima
Inſōnis egi ſatis:& fui hō exercitus.mercari mihi viſus ſū formoſā
Capram ei:ne noceret quam domi ante habui capram:
Neu diſcordarent ſi ambo in vno eſſent loco.
Poſterius quam mercatus fueram:viſus ſum in cuſtodiam ſimiæ
Concredere.ea ſimia adeo poſt haud multo ad me venit.
Male mihi precatur:& facit conuitium.ait ſeſe illius opera:atq;
Aduentu capræ flagitium & damnum feciſſe haud mediocriter.
Dicit capram quam dederam ſeruandam ſibi:
Suæ vxoris dotem ambediſſe.oppido mihi illud
Videri mirum:vt vna illęc capra vxoris ſimiæ dotem
Ambederit.inſtare factum ſimia atq; hoc deniq;
Reſpondet:ni properem illam ab ſe abducere ad me domum:
Intro ad vxorem ducturum meam.aſt non habere cui
Commendarē capram atq; oppido hercle bene velle illi viſus ſum
Quod agis.quid facerem?cura cruciabar miſer.interea ad me
Hædus viſuſt aggredier.infit mihi prædicare ſeſe ſimia
Capram abduxiſſe. & cœpit irridere me.ego enim lugere:
Atq; illam abductam conqueri.hoc quam ad rem credam
Pertinere ſomniū nequeo inuenire:niſi caprā illā ſuſpicor iam me
Inueniſſe q̄ ſit:aut qd voluerit.ad portū hinc abii māe cū luce ſemel.
Poſtquam hic id quod volui tranſegi:atq; ego conſpicor nauim
Ex rhodo qua eſt heri aduectus filius: conlibitum eſt illud mihi
Neſcio qui viſere.aſcendi in lembum:atq; ad nauim deuehor:
Atq; ego illic aſpicio forma eximia mulierē: filius quā aduexit me9
Matri ancillā ſuę.quā ego poſtquā aſpexi non ita amo:vt ſani ſolēt
Hoīes:ſed eodē pacto vt inſani ſolent.amaui hercle equidē ego olī

In adoleſcentia:verum ad hoc exemplũ nunquam vt nũc inſanio.
Vnũ quidẽ hercle iã ſcio periiſſe me.voſmet videte cęterꝫ quãti ſiꝫ.
Nunc hoc profecto ſic eſt.hęc illa eſt capra:ſed ſimia illa atq;
Hædus timeo quid velint.ſed conticeſcã.vicinũ eccum exit foras.

Demipho.Lyſimachus.Lorarii. (ciũ.

PRofecto ego illũc hircũ caſtrari volo.ruri q nobis exhibet nego
Nec omen illud mihi nec auſpiciũ placet.q̃i hircũ metuo ne vxor m̃
Caſtret mea:atq; illi⁹ hęc nũc ſimię ptis ferat.Ly.i tu hinc ad villam:
Atq; iſtos raſtros vilico piſto ipſe facito coram vt tradas in manum.
Vxori facito vt nũcies:negociũ mihi eẽ ĩ vrbe:ne me expectet.nã m̃
Tris hodie lites iudicandas dicito ei:& hoc memento dicere.Lo.nũ
quid amplius?
Ly.Tãtũ eſt.De.lyſimache ſalue.Ly.euge demipho ſalue.o qd agis?
Quid fit? De.qd miſerrim⁹.Ly.dii meli⁹ faxit.De.dii hoc qdẽ faciant.
Ly.Quid eſt?De.dicã:ſi videã tibi eſſe operã:aut ociũ.Ly.quãquam
Negociũ ẽ:ſiqd vis demipho nõ ſũ occupat⁹ vnq̃ amico operã dar̃.
De.Benignitatẽ tuã mihi expto p̃dicas.quid tibi ego ætatis videor?
Ly. Acherũticus ſenex.vietus.decrepit⁹.De.puorſe vides.puer ſũ
Lyſimache ſeptuennis.Ly.ſanun es:qui puerum te eſſe dicis?
De. Vera prædico.Ly.modo hercle in mentẽ venit:quid tu dicere:
Senex cum extemplo eſt:iam nec ſentit:nec ſapit.aiunt ſolere eum
Rurſum repueraſcere.De.immo bis tanto valeo:quam valui prius.
Ly.Bñ hercle fctm̃:& gaudeo.De.ĩmo ſcias oculis quoq; etiã pl⁹ iã
Video:q̃ pri⁹.Ly.bñ eſt.De.malã rẽ dico.Ly.iam iſtuc nõ bonũ eſt.
De. Sed auſim ne ego tibi eloqui quid velim? Ly.audacter.De.aĩm
Aduorte.Ly.fiet ſedulo.De.hodie ire in ludũ occœpi litterarium
Lyſimache ternas ſcio iam.Ly.quid ternas?De.amo.Ly.tun capite
Cano amas ſenex neqſſime?De.ſiue canũ ſeu iſtuc rutilũ ſiue atrũſt:
Amo.Ly.ludificas nunc tu me hic opinor demipho.
De. Decide collum:ſi falſum ad te loquar.velut ſcias me amare:
Cape cultrum:ſeca digitum vel aurem vel tu naſum:vel labrum
Si mouero me ſeu ſecari ſenſero lyſimache:auctor ſum:vt me
Amando enices.Ly.ſi vnquam vidiſti pictum amatorẽ:hem illic eſt.
Nam meo quidem animo vetulus decrepitus ſenex tantidem eſt:
Quaſi ſit ſignum pictum in pariete.De.nunc tu me credo
Caſtigare cogitas.Ly.egon te? De.nihil eſt iam:quod tu mihi
Succenſeas.fecere tale ante alii ſpectati viri.humanum amare eſt.
Humanum autem ignoſcere eſt.neſcis.ne obiurga.hoc nõ volũtas
Me impulit.Ly.quin non obiurgo.De.at ne deteriorem tamẽ

Hocfacto ducas.Ly.ego ne te?athenæ deſciuerint.De.viſe ſis
Modo etiã.Ly.viſunſt.De.certe.Ly.perdis me.hic homo ex amore
Inſanit.nunquid vis?De.vale.Ly.ad portum propero.nã ibi mihi
Negocium eſt.De.bene ambulato.Ly.bene valeto.De.bene ſit tibi.
Quin mihi quoq; etiam eſt ad portũ negociũ.nunc adeo ibo illuc.
Sed optime gnatum meum video.eccum.opperiar hominem.
Hoc nũc mihi viſo eſt opus huic perſuadere:quomodo potis ſim:
Vt illam vendat:ne ve det matri ſuæ.nam ei dono aduexe audiui.
Sed præcauto opus:ne ad illam me animũ adiecesse aliqua ſentiat.

Charinus.Demipho.

HOmo me miſerior nullus eſt æque opinor:neq; aduerſa cui
Plura ſint ſempiterna.ſatin qcqd eſt:quã rem agere occœpi:
Propiciũ neqt mihi euenire qđ cupio:ita mihi mala res aliqua
Obiicitur:bonũq; meũ cõprimit cõſilium.miſer amicã mihi paraui
Animi cauſa:p̃cio eripui ratus clam patrem meum poſſe habere.
Is reſciuit:& vidit:& pdit me.neq; is cũ roget qd loq̃r cogitatunſt:
Ita animi decẽ pectore incerti certant:nec quid corde nunc conſilii
Capere poſſim ſcio:tant⁹ cũ cura meus eſt error aĩo:dum mei ſerui
Perplacet mihi cõſiliũ:dũ rurſum haud placet:nec pr̃ potis videtur
Induci:vt putet matri ancillam emptam eſſe illam.
Nunc ſi dico:vt res eſt:atq; illam mihi me emiſſe indico:
Quemadmodum exiſtimet me:atq; illam abſtrahat:
Trans mare hinc venum aſportet.ſcio ſæuus q̃ ſit homo:& durus.
Igitur hoccine eſt amare?arare mauelim:quam ſic amare.
Iam hinc olim inuitum domo extruſit ab ſe:mercatum iuſſit ire.
Ibi hoc malũ ego inueni:vbi voluptatem ægritudo vincat.quid ibi
Ineſt amœni?nequicquã abdidi.abſcondi.abſtruſam habebam.
Muſca eſt meus pater.nihil poteſt clam illum haberi nec ſacrum
Nec tã profanũ qcq̃ eſt:qn ibi illico adſit:nec q rebus meis confidã
Mihi vlla ſpes ĩ corde eſt.De.qd illuc:qd ſolus ſecũ fabuletur filius.
Sollicitus mihi neſcio q̃re videtur.Ch.at at meus quidẽ hic pater eſt
Quẽ video.ibo alloquar.qd ſit pater?De.vnde incedis:quid feſtinas
Gnate mi?Ch.recte pater.De.ita volo:ſed iſtuc quid eſt tibi:quod
Cõmutatus color eſt?nun qui tibi dolet?Ch.neſcio qd aĩo meo eſt
Aegre pater.poſtea hac nocte non quieui ſatis ex ſententia.
De. Per mare vt vect⁹ nunc oculi terram mirantur tui.Ch.magis
Opinor.Be.id eſt pfecto verum.actutum abſceſſerit.ergo ædepol
Si ſapias:eas ac decũbas domi.Ch.ocium non eſt.mandatis rebus
Præuorti volo.De.cras agito.perendie agito.Ch.ſæpe ex te audiui

Pater:rei mandatæ omnis ſapientis primum pręuorti decet.
De. Age igitur:nolo aduorſari tuam aduorſus ſentẽtiã. Ch.ſaluus
Sum:ſi qdẽ iſti dicto ſolida & perpetua eſt fides. De.qd illuc eſt?
Quam ille ſolus ſe in cõſiliũ ſe vocat?iã nõ vereor ne illã me amare
Hic potuerit reſciſcere:quippe haud etiam
Quicquam inepte feci:amantes vt ſolent.
Ch. Res adhuc quidem hercle in tutoſt.nam hũc neſcire ſat ſcio
De illa amica.quod ſi ſciret:eſſet alia oratio.De.quin ego hunc
Aggredior de illa?Ch.qn ego hic me amolior.eo ego:vt q̃ mandat
Amicus amicis tradã.De.immo mane.paucula etiã ſciſcitare prius
Volo. Ch.dic qd velis.De.vſq; ne valuiſti? Ch.ppetuo recte:dũ qdẽ
Illic fui.verũ ĩ portũ huc vt ſum aduectus:neſcio q aĩus mihi dolet.
De. Nauſea ædepol factũ credo:verũ actutum abſceſſerit:ſed quid
Ais?ecquam tu aduexti tuę matri ancillam erhodo? Ch.aduexi.
De. Quid ea vt videtur mulier?Ch.ñ ędepol mala. De.vt morata ẽ.
Ch. Nullã vidi melius mea ſentẽtia.De.mihi qdem ædepol viſaſt cũ
Illam vidi.Ch.eho an vidiſti pater?De.vidi:verꝝ nõ ex vſu noſtroſt:
Neq; adeo placet.Ch.q vero?De.quia nõ nr̃a formam habet dignã
Domo.nihil opus nobis ãcilla:niſi q̃ texat.quę molat.lignũ cedat.
Penſum faciat.ædis verrat.vapulet.q̃ habeat cotidianũ familiæ
Coctum cibũ.horũ illa nihilum quicquã facere poterit admodum.
Ch. Ea.cauſa eqdẽ illã emi:dono quã darẽ matri meę.De.ne des:
Ne ve te aduexiſſe dixeris.Ch.dii.me adiuuant.De.labefacto
Paulatim:verũ quod præterii dicere:neq; illa matrẽ ſatis honeſte
Tuam ſequi poterit comes:neq; ſinam.Ch.qui vero?De.quia illa
Forma matrem familias flagitium eſt.ſi ſequatur.quando incedit
Per vias:contemplent.conſpiciant.nutent:nictent.ſibilent.
Vellicent.vocent.moleſti ſint.occentent oſtium.impleantur meæ
Fores carbonibus elegiorum:atq; vt nunc ſunt maledicentes
Homines vxori meæ mihiq; obiectẽt lenocinium facere.nam quid
Eſt opus?Ch.hercle qui tu recte dicis:& tibi aſſentior.ſed quid
Illa nunc fiet?De.recte ego emero matri tuę ancillam viraginem
Aliquam non malam forma mala:vt matrem addecet familias.
Aut ſyrã aut ęgyptiã.ea molet.cõficiet penſum.piſetur flagro.neq;
Propter ex qcq; eueniet noſtris foribus flagitium.Ch.quid ſi igitur
Reddatur illi vnde empta ẽ?De.minime gẽtiũ.Ch.dixit ſe redhiber̃:
Si non placeat.De.nihil iſtoc opuſt.litigare nolo ego vos.
Quã tuã autẽ accuſari fidẽ multo ædepol:ſiquid faciũdũ eſt facere
Damni mauolo: q̃ obprobramentum aut flagitium muliebre.

Efferri domo me tibi illam poſſe opinor luculentè vendere.
Ch. Dum quidē hercle ne minoris vendas:q̄ꝫ ego emi pater.
De. Tace mō.ſenex ē qdā:q̄ illā mādauit mihi:vt emerē ad iſtā faciē.
Ch. At mihi qdā adoleſcens pater mādauit ad illā faciē ita vt illa ē:
Emerem ſibi. De.viginti minis opinor poſſe me illam vendere.
Ch. At ego:ſi velim me iā dantur ſeptē & viginti minę. De.at ego.
Ch. Quin ego inquam. De.at neſcis quid dicturus ſum.tace.
Tris minas accudere etiā poſſum:vt triginta ſient. Ch.quo vortiſti.
De. Ad illū qui emit. Ch.vbi nā eſt is hō gentiū? De.eccillū video.
Iubet quinq; me addere etiam nunc minas. Ch.hercle illunc
Dii infœlicitet:quiſquis eſt. De.ibidem mihi etiam nunc adnutat.
Addam ſex minas. Ch.ſeptē.mihi nunquam ædepol me vincet
Hodie inueni hunc qui cōmodius poſcit pater. De.nequicquam
Poſcit.ego habeo. Ch.at illic pollicituſt prior. De.nihil facio.
Ch. Quinquaginta poſcit. De.nā centum dantur.pontine
Vt ne litigere aduerſum animi ſententiam:maximam hercle
Habebis prædam.ita ille eſt cui emitur ſenex.ſanus non eſt.
Ex amore illius qđ poſces feres. Ch.certo ædepol adoleſcens ille:
Cui ego emo:efflictim perit eius amore. De.multo hercle ille magis
Senex:ſi tu ſcias. Ch.nunquā ædepol fuit neq; fiet ille ſenex īſanior
Ex amore:q̄ꝫ ille adoleſcens cui ego do hanc operam pater.
De. Quieſce inquam.iſtanc rem ego recte videro. Ch.quid agis?
De. Quid eſt? Ch.nō ego illam mācipio accepi: ſed ille illā accepit.
De Sine. Ch.nō potes tu lege vendere illā. De.ego aliquid videro.
Ch. Poſt autem cōmunis eſt illa mihi cū alio.quid ſcio:qđ ſit ei
Animi.venire ne eam velit:an non velit. De.ego ſcio velle.
Ch. At pol ego eē credo aliquē:qui nō velit. De.quid id mea refert?
Ch. Quia illi ſuam rem eſſe æquum eſt in manu. De.quid ais?
Ch. Cōmunis mihi illa eſt cum illo.is nunc hic nō adeſt. De.prius
Reſpondes:q̄ꝫ rogo. Ch.prius tu emis:q̄ꝫ vendo pater.
Neſcio inquā velit ille illam nec ne abalienarier. De qn illic quidam
Qui mandauit:cum ille nolet.nihil agis.nunquam ædepol prius
Quiſquam illam habebit:potius quam ille quem ego volo.
Certum eſt. Ch.cenſes certū eſſe? De.quin ad nauim iam hinc eo.
Ibi venibit. Ch.vin me tecū illo ire? De.nolo. Ch.non places.
De. Meliuſt te:q̄ ſunt mandatę res tibi? pręuortier. Ch.tu ꝓhibes.
De. At tu excuſato te feciſſe ſedulo.ad portum ne bites dico iā tibi.
Ch. Auſcultabitur. De ibo ad portū:& ne hic reſciſcat cauto opuſt.
Non ipſe emā:ſed lyſimacho amico mandabo.is ſe ad portum

Dixerat ire dudum.me moror.cũ hic adſto.Ch.nullus ſum.occidi.

Charinus.Eutychus.

PEntheũ deripuiſſe aiunt bacchas.nugas maximas fuiſſe credo:
Præ vt quo pacto ego diuorſus diſtrahor.cur ego viuo?cur
Nõ morior?quid mihiſt in vita boni?certũſt:ibo ad medicum:
Atq; ibi me toxico morti dabo:quando id mihi adimitur:qua cauſa
Vitam cupio viuere. Eu. mane mane obſecro charine.
Ch. Qui me reuocat?Eu.eutychus tuus amicus & ſodalis ſimul.
Vicinus proximus.Ch.nõ tu ſcis:quantũ malarum rerũ ſuſtineã?
Eu. Scio omnia ego iſtæc.auſcultaui ab oſtio.omnem rem ſcio.
Ch. Quid id ẽ qđ ſcis?Eu.tuus pater vult vẽdere.Ch.oẽ; rẽ tenes.
Eu. Tuã amicã.Ch.nimiũ multũ ſcis.Eu.tu is igrati:.Ch.plurimũ
Tu ſcis.ſed qui ſcis eſſe amicã illam meam?Eu.tu te heri ipſius mihi.
Ch. Statim vt obl.t⁹ fui tibi me narrauiſſe.Eu.haud mirũ factũ ẽ.
Ch. Te nũc cõſulo:reſpõde q̃ lœto ceuſes me vt pereã potiſſimũ.
Eu.Nõ taces?caue iſtuc dixeris.Ch.qd vis me igr̃ dicere? Eu.vin pr̃i
Sublinire pulchre os tuo?Ch.ſane volo.Eu.vis ne eam ad portum?
Ch. Quid poti⁹ q̃ʒ volã. Eu. atq; eximã mulierẽ p̃cio? Ch.q poti⁹
Quam auro expendas.Eu.vnde at erit id? Ch.achillem orabo aurũ
Mihi vt det:hector q expẽſus fuit.Eu.ſanũ es?Ch.pol.ſanus ſi ſim:
Non te medicũ mihi expetã.Eu.tanti quãti poſcit:vin tanti illã emi?
Ch. Auctariũ adiicito vel mille nummum pluſquam poſcet.
Eu. Iam tace.ſed qd ais vnde erit argentũ:qđ des cũ poſcet pater?
Ch. Inuenietur.exqretur.aliquid fiet.Eu.enicas.iã iſtuc aliqd fiet
Metuo.Ch.quin taces?Eu muto imperas. Ch.ſatin iſtuc mãdatuſt?
Eu. Potin vt aliquid cures?Ch.nõ põt. Eu.bñ vale.Ch.nõ ædepol
Poſſum prius: q̃ʒ tu ad me redieris.Eu.melius ſanus ſis.
Ch. Vale.vince.& me ſerua.Eu.ego fecero.domi maneto
Me ergo.Ch.actutum face:cum præda recipias.

Lyſimachus.Paſicompſa.

AMice amico opaʒ dedi.vicin⁹ q rogauit:hoc emi mercimoniũ.
Mea es tu.ſequere ſane.ne plora.nimis ſtulte facis.oculos
Corrũpis talis:qui tibi qdẽ qd rideas magis eſt:q̃ʒ vt lamentere.
Pa. Amabo ecaſtor mi ſenex eloquere.Ly.exquire quid vis.
Pa. Cur.emeris me?Ly.te ne ego? vt qđ imperetur facias.item
Quid tu mihi ſi imperes ego faciam.Pa.facere certum pro copia
Et ſapientia:quę te velle arbitrabor.Ly.laborioſi nihil tibi
Quicquam operis imperabo.Pa.nõ ędepol equidem mi ſenex nõ
Didici baiulare:nec pecua ruri paſcere:nec pueros nutricare.

Ly. Bona ſi eſſe vis: bene erit tibi. Pa. tũ pol ego perií miſera. Ly. q?
Pa. Quía illuc vnde huc aduecta ſum: malis bene ſolitunſt: nec mos
Meuſt: vt prædicem quod ego omnis ſcíre credã. Ly. oratio ædepol
Pluris eſt huiꝰ: q̃ꝫ quãti hęc empta ẽ: q̃ſi dicas nullã mulierẽ bonã eẽ.
Pa. Haud equidẽ dico. Ly. rogare hoc vnũ volo. Pa. rogãti rñdebo.
Ly. Quid ais tu. qđ nomẽ tibi dicã eſſe? Pa. paſicõpſę. Ly. ex forma
Nomen inditũ eſt. ſed qd ais paſicompſa? poſſin tu ſi vſus venerit
Subtegmen tenue nere? Pa. poſſum. Ly. ſi tenue ſcis: ſcio te
Vberius poſſe nere. Pa. de lanificio neminem metuo: vna ætate
Quæ ſit. Ly. bonam hercle te & frugi arbitror: matura iam inde
Aetate cum ſcis facere officium tuum. Pa. mulier pol docta didici.
Operam accuſari non ſinam meam. Ly. hem iſtæc hercle res eſt:
Quiꝫ tibi ecce ouẽ dabo natã ãnos ſexagĩta peculiarẽ. Pa. mi ſenex
Tã vetulã? Ly. generi gratiaſt. eã ſi curabis: perbona eſt. tondetur
Nimiũ ſcite. Pa. honoris cauſa qdqd eſt: qđ dabitur: gratũ habebo.
Ly. Nũc mulier ne tu fruſtraſſis. mea nõ es. ne arbitrere. Pa. dic igr̃
Quęſo cuia ſum? Ly. tuo hero redempta es rurſum. ego te remedi.
Ille me orauit. Pa. animus rediit: ſi mecum ſeruatur fides.
Ly. Bono animo es. liberabit ille te homo ædepol. deperit
Atqꝫ hodie primum vidit. Pa. ecaſtor iam biennium eſt
Cum mecum rem cœperit: nunc quando amicum te ſcio eſſe
Illius indicabo. Ly. quid ais tu iam biennium eſt cum tecum
Rem habet? Pa. certe & inter nos coniurauimus ego
Cum illo: & ille mecum. ego cũ viro: & ille cum muliere:
Niſi cum illo aut ille mecum: neuter ſtupri cauſa caput limaret.
Ly. Di immortales etiam cum vxore non cubet? Pa. amabo
An maritus eſt? neqꝫ eſt: neqꝫ erit. Ly. nolim quidem
Homo hercle periurauit. Pa. nullum adoleſcentem plus amo.
Ly. Puer eſt ille quidem ſtulta. nam illi quidem haud ſane diuſt:
Cum dentes exciderint. Pa. quid dentes? Ly. nihil eſt.
Sequere ſis huc me. diem vnum orauit: vt apud me
Perhiberem locum: ideo quia vxor ruri eſt.

Demipho.

TAndem impetraui vt egomet me corrumperem.
Empta eſt amica clam vxore & filio. certunſt antiqua
Recolam: vt ſeruibo mihi decurſo in ſpacio: breue quod
Vitæ reliquunſt: voluptate vino & amore delectauero.
Nam hanc ſe bene habere ætatem nimio eſt æquius.
Adoleſcens cum ſis: tum cum eſt ſanguis integer;

Rei tuæ quęrendæ conuenit operam dare.
Demum igitur cum iis ſenex:tunc in ocium
Te colloces:dum potes.ſi vales id iam lucroſt.
Quo minus hoc vt dico factis perſequar.
Interea tamen huc intro ad me iniuiſam domum.
Vxor me expectat iam dudum eſuriens domi.
Iam iurgio enicabit ſi intro rediero.
Verum hercle poſtremo vt vt eſt: non ibo tamen.
Sed hunc vicinum prius conueniam:quam domum redeam:
Vt mihi ædis aliquas conducat volo:
Vbi habitet iſtæc mulier.atq; eccum it foras.

Lyſimachus.Demipho.

ADducam ego illum iam ad te ſicut venero. De.me dicit.
Ly. Quid ais demipho? De.eſt mulier domi? Ly.quid cenſes?
De. Quid ſi viſam?Ly.quid properas? De.quid faciam?Ly.quod
Opus eſt facito:vt cogites.De.quid cogitem equidem.
Hercle opus hoc facto exiſtimo:vt illuc introeam.
Ly. Ita ne vero veruex introeas.De.quid aliud faciam?
Ly. Prius hoc auſculta: atq; hic ades.prius etiã eſt quod te facere
Ego æquum cenſeo.nam nunc ſi illo introires:amplecti voles.
Confabulari atq; oſculari.De.tu quidem meum animum
Geſtas.ſcis quod acturus ſim.Ly.peruorſe facies.
De. Qui ne amem.Ly.tanto minus iam ætatis plenus anima
Fœtida:ſenex hircoſus.tu oſculere mulierem:vti ne
Adueniens vomitum excutias mulieri.De.ſcio pol te amare:
Quom iſtæc præmonſtras mi.quod ſi igitur:coenam faciam.
Hoc ſi cenſes:coquum aliquem arripiam?: prandiũ qui percoquat
Apud te hic vſq; ad veſperum.Ly.hem iſtuc cenſeo.nunc tu
Sapienter loquere atq; amatorie.De.quid ſtamus?
Quin ergo imus:atq; obſonium curemus pulchre vt ſimus.
Ly. Equidem te ſequor:atq; hercle inuenies tu locum illi ſi ſapis.
Nullum hercle præter hunc diem illa apud me erit.
Metuo ego vxorem:cras ſi rure redierit:
Ne illam hic offendat.De.res parata ſt.ſequere me.

Charinus.Eutychus.

SVm ne ego miſer:qui nuſquam bene queo quieſcere.
Si domi ſum:foris eſt animus.ſin foris ſum:animus domi eſt:
Ita mihi in pectore atq; in corde facit amor incendium.
Ni ex oculis lachrymæ deſcendant:iam ardeat credo caput.

Spem teneo.ſalutem amiſi.redeat an non neſcio.
Si opprimit pater:quod dixit:exulatum abiit ſalus.
Sin ſodalis quod promiſit fecit:non abiit ſalus.
Sed tandem ſi podagroſis pedibus eſſet eutychus:
Iam a portu rediiſſe potuit.id illi vitium maximunſt.
Quam nimis tardus eſt aduorſum mei animi ſententiam.
Sedis ne eſt:quem currentem video?ipſus eſt.ibo obuiam.
Diuom atq; hominum quæ ſperatrix atq; hera eadē es hominibus
Spem ſperatam:cum obtuliſti hunc mihi : tibi grates ago.
Nunquid reſtat?hei diſperii.voltus neutiquam huius placet.
Triſtis incedit.pectus ardet.hæret.quaſſat caput.
Eutyche.Eu.heu charine.Ch.prius q̄ recipias
Anhelitum:vno verbo eloquere.vbi ego ſum:hiccine an
Apud mortuos?Eu.neq; apud mortuos neq; hic es.
Ch. Saluus ſum.immortalitas mihi data eſt.hic emit illam.
Pulchre os ſubleuit patri.impetrabilior qui viuat
Nullus eſt dico.obſecro ſi neq; hic neq; acherunti ſum:
Vbi ſum? Eu.nuſquam gentium.Ch.diſperii.illæc
Interemit me modo oratio.odioſa ne oratio eſt cum rem
Agas longinquum loqui.equidem ad capita rerum perueni.
Eu. Primū perimus.Ch.quin tu illud potius nuncias:
Quod neſcio.Eu.mulier alienata eſt abs te.Ch.eutyche
Capital facis.Eu.qui?Ch.quia æqualem & ſodalem ciuem
Liberum enicas.Eu.ne dixeris.Ch.demiſiſti gladium
In gulam:iam cadam.Eu.quæſo hercle animum ne deſponde.
Ch. Nullus eſt quem deſpondeam.loquere porro aliam rem.
Malum.cui eſt empta.Eu.neſcio.iam addicta atq;
Abducta erat:cum ad portum venio.Ch.vę mihi
Montis tu quidem mali in me ardentis iam dudum iacis.
Perge.excrucia carnifex:quando quidem occœpiſti ſemel.
Eu. Nec tibi iſtuc magis diuidiæ eſt:q̄ mihi hodie fuit.
Ch. Dic mihi quis emit?Eu.neſcio hercle.Ch.hem iſtuc ineſt
Operam dare bonum ſodalem?Eu.quid me facere vis?
Ch. Idem quod me vis:vt pereas.quin percontatus hominis
Quæ facies foret:qui illam emiſſet:eo ſi pacto poſſet
Indagarier mulier.heu me miſerum.Eu.fiere.
Ch. Omitte iſtac quod nunc agis.Eu.quid ego feci?
Ch. Perdidiſti me:& fidem mecum tuam.Eu.di ſciunt culpam
Meam iſtanc non eſſe vllam.Ch.eutyche deos abſentes

Teſtis memoras.qui ego iſtuc credam tibi?Eu.quia
Tibi in manu eſt:quod credas.ego quod dicam:id mihi
Mea in manu eſt.Ch.de iſtac re argutus es:vt par pari
Reſpondeas:ad mandata claudus.cæcus.mutus.mancus.
Debilis promittebas te os ſublinire meo patri.egomet credidi
Homini docto rem mandari lapidi maximo.Eu.quid ego facerē?
Ch.Quid faceres?mē rogas?requireres:rogitares q̄s eſſet:aut vnde
Eſſet.qua proſapia.ciuis ne eſſet an peregrinus?Eu.ciuem eſſe
Aiebant atticum.Ch.vbi habitaret inuenires ſaltem:ſi nomen
Nequires.Eu.nemo aiebat ſcire.Ch.at ſaltem hominis
Faciem exquireres.Eu.feci.Ch.qua forma eſſe aiebant?
Eu. Ego dicam tibi.canum.varum.ventrioſum. bucculentum.
Breuiculum.ſub nigris oculis.oblongis malis.panſum aliquātulū.
Ch. Non hoīem mihi:ſed theſaurum neſcio quē memoras mali.
Nunquid eſt:quod dicas aliud de illo?Eu.tantum quod ſciam.
Ch. Aedepol nę ille oblongis malis mihi dedit magnum malum.
Non poſſum durare.certum'ſt exulatum hinc ire me.
Sed quam capiam ciuitatem:recogito potiſſimum.
Megaram.eretriam.corinthum.chalcidem.cretam.cyprum.
Sicyonem.gnidum zacynthum.leſbiam.boetiam.
Eu. Cur iſtuc cœptas conſilium? Ch.quia enim me afflictat amor.
Eu. Quid tu a's?qd cum illuc quo nunc ire paritas:veneris:
Si ibi amare forte occipias:atq; item eius ſit inopia?
Iam inde porro aufugies.deinde item illinc ſi item euenerit:
Quis modus tibi exilio tandem eueniet?quis finis fugæ?
Quæ patria aut domus tibi ſtabilis eſſe poterit? dic mihi
Cedo ſi hac rube abis:amorem te hic relicturum putas?
Si id forte ita ſat animo acceptum eſt:certum id ꝑ certo ſi habes:
Quanto te ſatius eſt rus aliquo abire.ibi eſſe.ibi viuere
Adeo dum illius te cupiditas atq; amor miſſum facit.
Ch. Iam dixiſti?Eu.dixi.Ch.fruſtra dixti.hoc mihi certiſſimū eſt.
Eo domum patrem atq; matrem vt meos ſalutem:poſtea clā patrē
Patria hac effugiam:aut aliqd capiam conſilii.Eu.vt corripuit
Se repente:atq; abiit.heu miſero mihi.ſi ille abierit:mea
Omnes dicent eſſe ignauia.certum'ſt præconum iubere iam q̄ꝑtū eſt
Conducier:qui illā inueſtigent.qui inueniant.poſt ad prætorem
Illico orabo:vt conquiſitores det mihi in vicis omnibus.
Nam mihi nihil relictum quicquam aliud iam eſſe intelligo.

Dorippa mulier.Syra anus.

Mercator.

QVoniam a viro ad me rus aduenit nuncius rus non iturum:
Feci ego ingeniũ meũ:reueni vt illum pſequar:qui me fugit.
Sed anũ non video cõſequi nr̃am ſyrã:atq; incedit:eccã tandem.
Quin is ocius.Ty.nequeo me caſtor.tãtum hoc oneris eſt: q̃ fero
Do. Quid oneris?Sy.annos octoginta & quattuor:& eodem
Accedit ſeruitus.ſudor.ſitis.ſimul hæc quæ porto deprimunt.
Do. Aliquid cedo:qui hanc vicini noſtri aram augeam.Sy.da ſane
Hanc virgam lauri.Do.abi tu intro.Sy.eo.Do.apollo quæſo te
Vt des pacem propicius ſalutem & ſanitatem noſtrę familię:
Meoq; vt pcas gnato.pce ppici⁹.Sy.diſpii.pii miſera.vę miſerę mihi
Do.Sati ſana es obſecro:q eiulas?Sy.dorrippa mea dorippa.Do.qd
Clamas obſecro?Sy.neſcio mulier q̃ ẽ int⁹ ĩ ędibus?Do.qd mulier?
Sy. Mulier meretrix.Do.veron ſerio?Sy.nimium ſcis ſapere.
Ruri quæ non manſeris:q̃ꝫ inſipiens poterat perſentiſcere
Illam eſſe amicam tui viri belliſſimi.Do.credo me caſtor.
Sy. I hac mecũ:vt videas ſimul tuã alcmenam pellicem iuno mea.
Do. Ecaſtor vero iſtuc eo quantum poteſt.

Lyſimachus

PArum ne eſt male rei quod amat demipho:ni ſumptuoſus
Inſuper etiam ſiet.decẽ ſi ad cœlum vocaſſet ſummos viros:
Nimium obſonauit.ſed coquos quaſi in mari ſolet
Hortator remiges hortarier:ita hortabatur.egomet
Conduxi coquum.ſed eccum demiror non venire vt iuſſeram.
Sed quid nam hic a nobis exit?aperitur foris.

Dorippa mulier.Lyſimachus vir.

MIſerior mulier me nec fiet:nec fuit:tali viro quæ nupſerim.
Heu miſerę mihi.hẽ cui te & tu quę habeas cõmendes viro.
Hem quoi decem talenta dotis detuli:hęc vt viderem:vt ferrem
Has contumelias.Ly.perii hercle.rure iam rediit mea vxor.
Vidiſſe credo mulierem in ędibus.ſed quę loquatur exaudire
Hinc nequeo.accedã proprius.Do.vę miſerę mihi.Ly.immo mihi.
Do. Diſperii.Ly.equidẽ hercle oppido perii miſer.vt di te omnes
Demipho perduint.Do.pol hoc eſt ire quod rus meus vir noluit.
Ly. Quid nũc ego faciã niſi vt adeam:atq; eloquar.iubet ſaluere
Suus vir vxorem ſuam.vrbani fiunt ruſtici.Do.pudicicius
Faciunt:q̃ꝫ q non fiunt ruſtici.Ly.nunquid delinqunt ruſtici?
Do. Ecaſtor minus q̃ꝫ vrbani:& multo minus malũ quęrunt ſibi.
Ly. Quid aũt vrbani deliq̃rũt dic mihi?Do.qa illa mulier intus eſt.
Ly. Vidiſti ne eam?Do.vidi.Ly.cuia ea ſit rogitas?

cœnaz

Do. reſciſcam tamen.cupio hercle ſcire.ſed tu me tentas ſciens.
Ly. Vin dicam cuia eſt illa?ædepol væ mi neſcio quid dicam.
Do. Hæres.Ly.haud vidi magis.Do.quin dicis?Ly.quin ſi
Liceat.Do.dictum oportuit.Ly.non poſſum: ita inſtas:
Vrges quaſi pro noxio.Do.ſcio innoxius.Ly.audacter
Quid vis dicito.Do.dic igitur.Ly.dicam.Do.atqui
Dicundum eſt tamen.Ly.illa ſcin vt etiam vis nomen dicam.
Do. Nihil magis manufeſto teneo. innoxia es.Ly.qua noxia
Iſta quidem illa eſt.Do.quæ illa eſt?Ly.illa.Do.io illa.
Ly. Iam ſi nihil vſus eſſet:iam non dicerem. Do.non tu ſcis quæ
Sit illa?Ly.immo etiam ſcio.de iſtac ſum iudex captus.
Do. Iudex?iam ſcio nunc tu in conſilium iſtam aduocaſti tibi.
Ly. Immo ſic ſeq̃ſtro mihi data ẽ. Do.ĩtellego mihi hercle iſtiꝰ qcq̃
Numero purgas.Ly.nimium negocii reperi.enim hęreo.

Coquus.Lyſimachus.Dorippa.Syra.

AGite:ite actutum.nam mihi amatori ſeni coquendaſt
Cœna.atq; cum cogito nobis coquendaſt:non quoi ducti
Sumus.nam qui amat:quod amat ſi habet:id habet
Pro cibo videre.amplecti.oſculari.alloqui.
Sed nos confido onuſtos redituros domum.
Ite hac.ſed eccum:qui nos conduxit ſenex.
Ly. Ecce autem perii: coquus adeſt.Co.aduenimus.
Ly. Abi.Co.quo abeam?Ly.abi.Co.abeam?
Ly. Abi.Co.non eſtis cœnaturi?Ly.iam ſaturi ſumus.ſed interii.
Do. Quid ais tu etiã ne hęc illi tibi iuſſerũt ferri:q̃s inter iudex datꝰ?
Co.Hęccine tua ẽ amica?q̃ dudũ mihi te amare dixiſti:cũ obſõabas?
Ly. Nõ taces?Co.ſatis ſcitum filum mulieris.verum hercle auet.
Ly. Abin directus?Co.haud mala eſt.Ly.at tu malus.Co.ſcitam
Hercle opinor ſatis concubinam.Ly.non abis?non ego ſum:
Qui te dudum conduxi?Co.quid eſt immo hercle tu iſtuc ipſus.
Ly. Væ miſero mihi.Co.nempe vxor ruri'ſt tua: quã dudũ dixeras
Te odiſſe æq̃:atq; anguis.Ly.ego ne iſtuc dixi tibi?Co.mihi quideꝫ
Hercle.Ly.ita me amabit iupiter vxor:vt ego illud nunquam dixi.
Co. Etiã negas?non te odiſſe aiebat:vxorem verum ſuã.Do.palã
Iſtæc fiunt te me odiſſe.Ly.quin ego.Co.& vxorem ſuam
Ruri eſſe aiebat.Ly.hæc ea eſt.quid mihi moleſtus es?Co.quia
Me non nouiſſe ais:ni metuis tu iſtanc.Ly.ſapio.nam mihi vnica ẽ.
Co. Vin me experiri? Ly.volo.Co.mercedẽ dato.Ly.cras petito:
Dabitur.nunc abi.Do.heu miſerę mihi.Ly. nunc ego verum

Illud verbum eſſe experior vetus: aliquid mali eſſe propter vicinũ
Malum. Co. cur hic aſtamus? quin abimus? incommodi ſiquid
Tibi euenit: id non eſt culpa mea Ly. quin me radicas miſerum.
Co. Scio iam quid velis. nempe me hinc abire vis. Ly. volo inquã.
Co. Abibitur. drachmam dato. Ly. dabitur. Co. dari ergo ſis iube.
Dari poteſt interea: dũ illi ponunt. Ly. quin abis? potin vt moleſtus
Ne ſis? Co. agite. apponite obſonium iſtuc ante pedes illi ſeni.
Hęc vaſa aut mox aut cras iubebo abs te peti: ſequimini.
Ly. Fortaſſe te illum mirari coquum quod venit: atq; hęc adtulit.
Dicam quid eſt. Do. non miror: ſi quid damni facis aut flagitii.
Nec pol ego patiar ſic me nuptam tam male: meaſq; in ædis
Sic ſcorta obductarier. ſyra rogato meum patrem meis verbis:
Vt veniat ad me iam ſimul tecum. Sy. eo. Lę. neſcis negocii
Quid ſit vxor obſecro. conceptis verbis iam iuſiurandum dabo
Me nunquã quicquã cũ illa. iam ne abiit ſyra. perii hercle. ecce aũt
Hęc abit: vę miſero mihi. at te vicine di deęq; perdiũt cũ tua amica
Cumq; amationibus. ſuſpitione impuleuit me indigniſſime. cõciuit
Hoſtis domi. vxor acerrũa eſt. ibo ad forũ: atq; hęc demiphõi eloq̃r.
Me iſtanc capillo pertracturum eſſe in viam: niſi
Hinc abducit quo vult ex hiſce ædibus.
Vxor heus vxor quãquã tu irata es mihi: iubeas ſi ſapias hęc intro
Auferier. eadem licebit mox cœnare rectius.

Syra ſerua. Eutychus adoleſcens.

Era quẽ me miſit ad patrem: non eſt domi. rus abiiſſe aiebant.
Nunc domum renuncio. Eu. defeſſus ſum vrbem totam
Peruenarier. nihil inueſtigo quicquam de illa muliere. ſed mater
Rure rediit: nam video ſyram aſtare ante ædis. ſyra.
Sy. Quis eſt q me nominat? Eu. herus atq; alumnꝰ tuꝰ ſũ. Sy. ſalue
Alumne. Eu. iam mater rure redit: reſponde mihi. Sy. cum quidẽ
Salute a familia maxima. Eu. quid iſtuc negocii eſt? Sy. tuus pater
Belliſſimꝰ amicã adduxit intro in ædis. Eu. quomodo? Sy. aduenieẽs
Mater rure eam offendi domi. Eu. pol haud cenſebam iſtarum eſſe
Operarũ patrẽ. etiamq; nunc mulier intꝰ eſt? Sy. etiã. Eu. ſeq̃re me.
Quid periſtratam hic demiphonis contuor?
Gradus grandit. emittit oculos. circunfert ſe. obſtipat verticem.
Aſſeruabo hinc rerum quid gerat. magnum eſt quidquid q̃ritat.

Periſtrata. Syra. Lyciſſa.

O Iua aſtarte hominũ deorumq; vis vita. ſalus. ruſus eadem q̃ eſt
Pernities. mors. interitus. mare. tellus. cælum. ſidera.

Iouis quæcūq; templa colimus:eius ducūtur nutu:illi obtemperāt:
Eam ſpectant.quod illi diſplicet facile excludunt cæteri.
Quidquid complicitum id ſequuntur: quę viuunt oīa atq; ſentiunt.
Alios enecat:extiguit:alios ſub lacte fouet: atq; erigit.ſz qs enecat:
Hi viuunt & ſapiunt:quos properat alere ac erigere:
Hi quidem confeſtim pereunt: atq; male ſapiunt miſeri.
Iacent beneuolentes odioſi.humum mordent.caput reptant.
Fremunt.perſtrepuntq;.cumq; putant viuere: tūc ruūt maxime:
Tunc tūc ſtudent perſequi.labant iuuenes:itidem rapiuntur ſenes.
Illi ſe amant:quod amant amatum volunt atq; cognitum.
Illi vero ſi amare ea ætate occœperunt:multo inſaniunt acrius.
Verum ſi non amant:oderunt moleſti itidem atq; difficiles.
Garruli.oſores.infenſi.iracundi.ſibi ſuiſq; inuidi:
Quod in ſe olim admiſere turpiter:id ſi fiat modeſtius:
Nec tolerant vt æquū eſt patres:ſed clamant:indecēter obſtrepūt.
Sy. Quātū intelligo & hanc male habet demipho.Peri.id verum?
Amat filius & perit.id cum reſtitit pater:inſanit vehementius.
Quæ iſtęc intemperiæ.abegit vir meus olim ad mercatum rhodū.
Nunc vt fert achantio:ſpem ſibimet faciet exilium.
O iniquum patrem.o infortunatum filium.quo te recipies:
Vbi matrem relinques?ſola degam?filium amittam? non patiar.
Vendidit pater: vbi vbi erit inuenta:mater redimet.
Dic lyciſſa:num in hanc viciniam adductam autumant?
Ly. In hāc opior:ī amici ſenis cuiuſdā ędis.Peri.heri p̄ter lyſimachū
Nullus quem ſciam.Sy.lyſimachum nominant.
Mirum ni ſenes vicini in vnum nidum conſpirauerint.
Peri. Dorippā eius vxorē conueniā.Ly.quid cōuenias?nō eā vides?
Peri. Video equidē.auſcultem?.neſcio quid ſecū iracūda muſſitat.

Dorippa.Syra.Periſtrata.

Syra non redit:quā accerſitum patrem iādiu eſt quod miſeram
Tarda nimiū vt lapis obriguit: aut āgue demorſa ceſſauit turgida.
Sy. Nulla ſum.adeſt hera.me quærit.Do.domi manere nequeo.
Bellulam iſtanc pellicem mei nō patiuntur oculi.excluſiſſem foras:
At me meus cōtinuit eutychus.ſed omnino qđ fert non creduam.
Ly. Audin?heră? Peri.audio.ſine pgat.Ly.ſino.Do.amici inqt ſenis
Gratia huc ad nos veniſſe.habet venalem amanti dū detrahat filio.
Hæc quidem aut viri aut gnati fallacia.diſſident ſententiæ.
Sequeſtro is ait datam: eandem vero venalem dicit filius.
Sy. Ibo de improuiſo obuiam: ne ceſſaſſe intelligat. Do.iſtæc filio

Non credam qui obſeqtur patri:huic vt non mero cuculo
Id certum eſt mentiri ampliter.equidem coquo creduam.
Eccam ſyram.vt currit venefica.ſyra.Sy.quis me vocat?
Do. Malū quod di tibi dānunt.Sy.hera ſi ſapis:hoc potius
Tuæ pellici & marito dato.Do.iſtuc dictū tibi nō amplius iraſcor.
Sed vbi pater?quid ceſſat?an hoiem podagra impedit?
Sy. Nec podagricus nec articularius:quem rus ducunt pedes.
Do. Non domi.Sy.nō.Do.vbi.Sy.Rure eſſe autumant.
Atq; nunquid redeat incertum hodie cū villico rationis ſatis.
Do. Omnia mihi hodie eueniunt præter ſententiā.Non viuā veſp
Niſi illanc a me ſceleſtā abigam.eo domum.Ly.hera abit
Dorrippa.Peri.non ſum moleſta:ſed beneuolens
Et amica te compellat tua periſtrata.mane queſo.
Do. Hem periſtrata te pol non noram.mala bilis cruciat
Me atq; exagitat.Peri.iſtuc volo queſo ne neges.
Te audiui modo.dic mihi quæ te nunc habet ſollicitudo.
Do. Periſtrata ſic tibi vnicū gnatū ſoſpitēt da mihi benigni9 opaſ
Nulla dari mihi potuit melius.par eſt ætas.vna creuimus.
Pares etate habemus viros.nulli colloquor libentius.
Sollicitor merito quidem.quid tibi animi eſſe nunc poſſiet.
Si amica hac ætate ante oculos tuos adducetur demipho.
Pe. Adduxit.Do.factū. Peri.Domi eſt?Do.domi.immo coqui
Conducti ſunt.parabatur cōuiuiū:ni mea deturbaſſet omnia.
Miſerū hominem venus & cupido alieno ſatis vexant tempore.
Sed iſta leuie ſunt dorrippa.vtinam non eſſem miſerior.
Do. Leuia?Peri.leuia quidē.Do.quę peiora tibi tuus faceret?
Pe. Immo peiorib9 peiora.Do.quæ eſt hęc ſunt?queſo loquere
Vt tu mihi ego tibi:quæ facto opus ſunt demus conſilium.
Vetus id dictū eſt.fęliciter is ſapit:qui periculo alieno ſapit.
Pe. Vnic9 mihi dorippa ē gnatus ſcis.Do.ſcio.Peri.hunc pater
Olim a ſe extruſit rhodū.Do.quare? Peri. quoniam amaret.
Do. Ob idipſum? Peri.id quidem nūc quoq; cū ancillā domum
Adduxiſſet hanc reſciſcens pater produxit.venalem prębuit.
Do. At at noui.verum dixerat filius ego mariti amicā putabā mei
Cui data eſt. Peri.ſeni cuidam in hac amico vicinia.
Credo hic alium præter tuum amicum habere niminem
Do. Ea quidē eſt.qd filius?Pe.vrbē hanc ſe deſerturum autumat.
Do. In portu res eſt:quid ſi inuenerit?Peri.manſurum credito.
Do. Pręter ſpem ſaluæ ſumus.Ne dubita apud me ea eſt.

Pe. Apud te?ea erat opinor:de qua loqui te audiui modo.
Do. Ea.Peri.ofactum bene.merito te amo.reſtituiſti filium.
Fac videam.Do. eamus intro.Peri.eamus.lyciſſa
Acanthioni hęc nuncia.ego ad dorippam huc diuertam.

Lyſimachus.Demipho.

D Emipho ſapientum illud dictum te audiſſe reor ſæpius:
Voluptas eſt malorum eſca: quod ea non minus homines
Quam hamo capiantur piſces. hæc cum fugiant ſenes:
Tu tamen ſenectuti gratiam nõ habeas: quoniã hęc tibi nõ abſtulit
Modo:ſed in amorem coniecit fortius:quo te tuumq; conſilium
Atq; mentem perdit funditus:atq; oculorum perſtringit aciem.
Me quoq; in magnum coniecit malum. nec quid faciam ſcio.
Lyſimache deorum hoc arbitrium eſt non hominum.
Tute hoc tecum ſi cogites:non æquum te facere arbitrabere:
Cum amico homini tuiq; conſcio:ita ſuccenſeas miſere:
Quaſi tu nunquam quicquam adſimile huius facti feceris.

Syra.

E Caſtor lege dura viuũt mulieres multoq; iniquiores miſeræ
Quã viri: nã ſi vir ſcortũ duxit clã vxorẽ ſuã:id ſi reſciuit vxor:
Impune eſt viro.vxor viro ſi clam domo egreſſa eſt foras: viro fit
Cauſa exigitur matrimonio.vtinam lex eſſet eadẽ. q̃ vxori eſt viro.
Nam vxor cõtẽta eſt quę bona eſt vno viro:qui min⁹ vir vna vxore
Contentus ſiet? ecaſtor faxim ſi itidem plectantur viri:
Si quis clam vxorem duxerit ſcortum ſuam:vt illę exiguntur:q̃ in ſe
Culpam commerent:plures ſint viri vidui quam nunc mulieres.

Charinus.

L Imẽ ſuperũ inferũq; ſalue ſimul autẽ vale.hũc hodie poſtremũ
Extollo me a domo pr̃ia pedẽ.vſus. fructus.victus.cult⁹ iã mihi
Harũ ædiũ interemptuſt.interfectuſt.alienatuſt.occidi.dii penates
Meum parentum. familiæ lar pater.vobis mando meum parẽtũ rẽ
Bene vt tutemini. ego mihi alios deos penatis perſequar. aliũ larẽ.
Aliã vrbẽ.aliã ciuitatẽ:ab atticis abhorreo. nã vbi mores deteriores
Increbreſcũt in dies: vbi q; amici q infideles ſient: neq̃as pnoſcere:
Vbi quid eripiatur animo tuo quod placet maxume:
Ibi quidem ſi regnum detur:non eſt cupita ciuitas.

Eutycus.Charinus.

D Iuum atq; hominũ quæ ſperatrix atq; hera eadẽ es hominib⁹
Spem ſperatã q̃ obtuliſti hãc mihi grates ago.ecquis nã de⁹ ẽ:
Qui mea nũc lætus lætitia fiat? domi erat quod q̃ritabã. ſex ſodales

Repperi.vitam.amiciciam.ciuitatem.lætitiam.ludum.iocum.
Forum inuenturus ſim:ita peſſimas peſſundedi.iram.inimiciciam.
Mœrorem.lachrymas.exilium.inopiam.ſolitudinem.ſtultitiam.
Exitium.pertinanciã.date di q̃ſo cõueniendi mihi eius celerẽ copiã.
Apparatus ſum:vt videtis.abiicio ſuperbiam.egomet mihi comes.
Calator.equus.agaſo.armiger.egomet ſum mihi imperator.
Idem egomet mihi obedio.egomet fero quod vſuſt.
Cupido quãtus es:nã tu quemuis confidentẽ facile tuis factis facis.
Eundem ex confidente actutum diffidentem denuo.
Cogito quo nam illum curram quæritatum.Ch.certa res eſt:
Menſq̧ quærere illam quoquo hinc abducta eſt gentium:
Neq̧ mihi vlla obſiſtat amnis:neq̧ mons: neq̧ adeo mare.
Nec calorem:nec frigus metuo.neq̧ ventum.neq̧ grandinem.
Imbrem perpetiar.laborem ſufferam. ſolem.ſitim.
Non concedam:neq̧ conquieſcam vſquam noctu neq̧ dius
Prius profecto:quam aut amicam:aut mortem inueſtigauero.
Eu. Neſcio cuia vox ad aurem mihi aduolauit.Ch.inuoco
Vos diales vt me bene tutetis lares.Eu.iupiter
Eſt ne ille charinus?Ch.ciues bene valete.Eu.illico
Sta charine.Ch.qui me reuocat? Eu.ſpes.ſalus.victoria.
Ch. Quid me voltis?Eu.ire tecum.Ch.alium comitem quærite.
Non admittunt hi me comites:qui tenent.Eu.qui ſunt ei.
Ch. Cura.miſeria.ægitudo.lachrymæ.lamentatio.
Eu. Repudia iſtos comites:atq̧ hoc reſpice:& reuortere.
Ch. Siquidem mecum fabulari vis:ſubſequere.Eu.ſta illico.
Ch. Malefacis properantem qui me commorare.ſol abit.
Eu. Si huc item properes:iſtuc properas:facias rectius.
Nunc ſecundus ventus:nunc eſt:cape modo vorſoriam.
Hic ſerenus fauonius eſt.hic auſter imbricus.
Hic facit tranquillitatem.iſte omnis fluctus conciet.
Reſpice ad dextram charine huc.nonne ex aduorſo vides?
Nubis atra imberq̧ inſtat.aſpice nunc ad ſiniſtram:atq̧ vides
Cælum vt ſplendore eſt plenum.ex aduorſo vides.
Ch. Relligionem ille obiicit.recipiam me illuc.Eu.ſapis.
O charine contra parietet fer gradum.& confer pedem.
Porrige brachium.prende.iam tenes?Ch.teneo.Eu.tene.
Quo nũc ibas.Ch.exulatũ.Eu.quid tibi facere vis?Ch.qd? miſer ẽ.
Eu. Ne paue.reſtituam iam ego te:in gaudium vtiq̧ vt ſis maxĩe.
Ch. Quid vis audire:id audis, quod gaudeas.Eu.ſta illico.amicus

Aduenio multum beneuolens. tuam amicam. Ch. quid eam?
Eu. Vbi ſit ego ſcio. Ch. tun eam? tun obſecro? Eu. ſanam ſaluam.
Ch. Vbi eam ſaluam. Eu. ego ſcio. Ch. ego me mauelim.
Eu. Potin vt animo ſis tranquillo? C. qui ſi animus fluctuat?
Eu. Ego iſtum in tranſquieto tuto ſiſtam. ne time.
Ch. Obſecro te loque re vbi ſit: vbi eam videris quid taces?
Dic enicas ma miſerum t ua reticentia. Eu. non longe
Hinc abeſt a nobis. Ch. q uin ergo commonſtras: ſi tu vides?
Eu. Non video hercle n unc: ſed video mō. Ch. quī ego videā: facis?
Eu. Faciā. Ch. longinquu m iſtuc amantiſt. Eu. etiam emutis. omīa
Commomoſtrabo. amicior mihi nullus vivit: atq; is eſt
Qui illam habet: neq; eſt quoi magis me velle melius æquum ſiet.
Ch. Non curam de iſtoc vllā quæro. Eu. de illa ergo ego dico tibi.
Sane hoc non in mentem venit dudum vt obeo.
Ch. Dic igitur vbi illa eſt? Eu. in noſtris ædibus. Ch. ædis probas:
Si tu vera dicis: pulchre ædificatas arbitror.
Sed quid ego iſtuc credam. vidiſtin? an tu audita nuncias?
Eu. Egomet vidi. Ch. quis eam adduxit ad vos. Eu. inique rogas.
Cha. Vera dicis. Eu. nihil charine te quicq̄ pudet.
Quid tua refert: qui cum iſtac venerit: dum iſtuc ſic
Eſt profecto. Cha. opta ergo ob iſtunc nuncium: quid vis tibi.
Eu. Quid ſi optabo? Ch. deos orato vt eius faciant copiam.
Eu. Derides. Ch. ſeruata res eſt demū: ſi illā videro. ſed quin ornatū
Hunc reiicio? heus aliquis eſt. actutum huc foras
Exite. illinc pallium mihi huc ferte. Eu. hem nunc tu mihi vt places.
Ch. Optime aduenıēs puer cape chlamydē: atq; hęc iſtinc ſiue illico:
Vt ſi hęc non ſint vera: in coeptum hoc itiner perficere exequar.
Eu. Non mihi credis? Ch. omnia equidem credo: quæ dicis mihi.
Sed quin introducis me ed eam: vt videam? Eu. paūliſper mane.
Cha. Quid manebo? Eu. tempus non eſt introeundi. Ch. enicas.
Eu. Non opus eſt inquam nunc intro te ire. Ch. reſponde mihi
Qua cauſa. Eu. opere nō eſt. Ch. cur. Eu. quia non eſt illi commodū.
Ch. Ita ne commodū illi non eſt: q̄ me amat: quā ego cōtra amo?
Omnibus hic ludificatur me dolis. ego ſtultior: qui iſti credam.
Commoratur chlamydem ſummā denuo. Eu. mane parūper: atq;
Hoc audi. Ch. cape ſis puer hoc pallium. Eu. mater irata eſt
Patri vehementer: quia ſcortum ſibi ob oculos aduexerit
In ædis ruri ipſa abeſt. ſuſpicatur illam amicam eſſe illi.
Zonam ſuſtuli. eam rem nunc exquirit intus. Ch. iam machæraſt folium:

In manu? Eu. nã ſi eo te introducã. Ch. tolo ampullã atq; hinc eo.
Eu. Mane mane charine. Ch. erras. me decſpere haud potes.
Eu. Neq; volo ædepol. Ch. quĩ tu ergo itiner exequi meũ me ſinis?
Eu. Non ſino. Ch. ego me moror. tu puere abi hinc intro ocyus.
Iam in currum conſcendi. iam lora in manus cepi meas.
Eu. Sanus non es. Ch. quin pedes vos in curriculum coniicitis
In cypſrum recta: quando quidem pater mihi exilium parat.
Eu. Stultus es: noli iſtuc quæſo dicere. Ch. certum exequiſt.
Operã vt ſumã ad perueſtigandũ vbi ſit illęc. Eu. quin domiſt.
Cha. Nã id quod dixit: id mẽtituſt. Eu. vera dico equidem tibi.
Cha. Iam cyprũ veni. Eu. quin ſequere: vt illã videas: quã expetis.
Ch. Perconctatus non inueni. Eu. matris iam iram neglego.
Cha. Porro proficiſcor quæſitum. nunc perueni chalcidem.
Video hoſpitem. zacyntho dico quid eo aduenirim.
Rogito quis eam vexerit. quis habeat: ſi ibi inde audiuerit.
Eu. Quin tu iſtas omitis nugas: ac mecum huc intro ambulas.
Cha. Hoſpes reſpondit zacynthoficos fieri non malas.
Eu. Nihil mentitus eſt. Ch. ſed de amica ſe inaudiſſe autumat
Hic athenis eſſe? Eu. chalcas iſte quidem zacynthiuſt.
Ch. Nauem conſcendo. proficiſcor illico. iam ſum domi. iam redi
Exilio. ſalue mihi ſodalis eutyche. vt valuiſti? quid parentes?
Quid mater ſatin bene? vocas? benigne dicis. cras apud te.
Nunc domi ſi decet. ſic fieri oportet. Eu. io quæ inſomnia?
Hic homo non ſanus. Ch. medicari amicus quin properas?
Eu. Sequere ſis. Ch. ſequor. Eu. clementer quæſo. calces deteris.
Audin tu? Ah. iam dudum audiui. Eu. pacem componi volo
Meo patri cum matre. nam nunc eſt irata modo
Propter iſtanc modo. Cha. ergo cura. quin tu
Ergo i modo. Eu. tam propiciã reddã: quã cũ propicia eſt iuno ioui.

Demipho. Lyſimachus.

QVaſi tu nunquam quicquam adſimile huius facti feceris?
Ly. Nam mea vxor propter illam tota in fermento iacet.
Aedepol nunquam caui ne quid facerem. vix viuus ſum miſer.
De. At ego expurgationem habeo: vt ne ſuccenſeat.
Sequere me. ſed exeuntem filium video meum.

Demipho. Eutychus. Lyſimachus. Charinus.

IAam credo placet principium. quid agis? quid fit eutyche?
Eu. Ad patrem ibo: vt matris iram ſibi eſſe ſedatam ſciat.
Optima opportunitate ambo autem veniſtis. Ly. quid rei eſt?

Eu. Vxor tibi placida & placataſt.cedite dextras nunc iam.
Ly. Di me iſeruant. Eu.tibi amicam nullam eſſe nuncio.
De. Di te perdant.quid negocii eſt nam quæſo iſtuc? Eu.eloquar.
Animum aduortite igitur ambo. Ly.quin tibi ambo operam
Damus. Eu.qui bono ſunt genere nati: ingenio malo
Suapte culpa degenere capiunt genus ingenium improbant.
De. Verum hic dicit. Eu. tibi ergo dicit. De.eo illud verũ eſt magis.
Eu. Nam te iſtac ætate haud æquum fuerat filio tuo
Adoleſcenti amanti amicam emptam argento eripere ſuo.
De. Quid tu ais? charini amicaſt illa? Eu.vt diſſimulat
Malus. De.ille quidem illam ſeſe ancillam matri emiſſe dixerat.
Eu. Propterea igitur tu mercatus nouus amator vetus puer.
Cha. Optime hercle perge. ego aſſiſtam hinc alternis cæcus.
Quibus eſt dictis dignus vſq; oneremus ambo. De.nullus ſum.
Eu. Filio ſuo qui innocenti fecit tantam iniuriam.
Quem quidem hercle ego in exilium cum iret: reduxi domum.
Nam ibat exulatum. De.an abiit? Eu.etiam loquere larua?
Temperare iſtac ætate iſtis decet te artibus.
De. Fateor deliqui profecto. Eu. etiam loquere larua?
Itidem vt tempus anni ætatem aliam aliud factum conuenit.
Vacuum eſſe iſtac te ætate his decebat noxiis.
Nam ſi iſtuc iuuiſſet ſenecta ætate ſcortari ſenes:
Vbi loci res ſumma noſtra publica? De.hei perii miſer.
Adoleſcentes rei agendæ iſti magis ſolent operam dare.
Iam obſecro hercle bobis habere cum porcis cum fiſcina.
Eu. Redde filio.ſibi habeat.iam volt. De.per me ſibi habeat licet
Semper ædepol. Eu.quoniam vt aliter facias non eſt copiæ.
De. Supplicii ſumam quid volt ipſe ob hanc iniuriam.
Modo pacem faciatis: oro vt ne mihi iratus
Si hercle ſciuiſſem: ſiue adeo ioculo dixiſſet mihi
Se illam amare: nunquam facerem: vt illam amanti abducerem.
Eutyche te oro ſodalis eius es: ſerua: & ſubueni
Hunc ſenem.para me clientem: memorem dices beneficii.
Eu. Ora vt ignoſcat delictis tuis: atq; adoleſcentiæ.
Cha. Pergin tu autẽ.eia ſuperbe inuehere.ſpero ego mihi quoq;
Tempus tale euenturum: vt tibi gratiam referam parem.
De. Miſſas iam ego iſtas artifici. & quidem ego dehinc iã. Eu.nihil
Conſuetudine animus rurſus te huc inducet? De.obſecro
Satis iam vt habeatis.quin loris cædite etiam ſi lubet.

Eu. Recte dicis:ſed iſtuc vxor faciet:cum hoc reſciuerit.
De. Nihil opus reſciſcat. Eu. quid iſtic non reſciſcet.ne time.
Eu. Eamus intro.non vtibile hic locus factus tuis
Dum memoramus:arbitri vt ſint:qui prætereant per vias.
De. Hercle qui tu recte dicis eadem breuior fabula
Erit.eamus.Ly.hic eſt intus filius apud nos tuus.
De. Optime eſt.illac per hortum nos domum tranſibimus.
Ly. Eutyche hanc volo prius rē agi:q̄ meum intro refero pedem
Eu. Quid iſtuc eſt?Ly.ſuā quiſq; homo rē meminit:reſponde
Mihi.certon ſcis:nō ſuccenſere mihi tuam matrem?Eu.ſcio.
Ly. Vide.Eu.me vide.Ly.ſatis habeo:id q̄ſo hercle etiam vide.
Eu. Non mihi credis?Ly.immo credo:ſed tamen metuo miſer.
Cha. Eamus intro.Eu.immo dicamus ſenibus leges. Ch.cenſeo
Prius habeamus quas leges teneant:contentiq; ſint.
Eu. Annos natus ſaxaginta q erit: ſi quem ſcibimus ſeu maritum
Seu hercle adeo celibem ſcortarier:cum eo nos hic lege agemus.
Inſcitum arbitrabimur:& per nos quidem hercle egebit:
Qui ſuum prodegerit.neu quiſq; poſthac phibeto adoleſcentem
Filium:quin amet:& ſcortum ducat:quod bono fiat modo.
Siquis prohibuerit plus perdet clam:ſi prohibuerit palam.
Hęc adeo vt ex hac nocte primum lex teneat ſenes.
Bene valete:otq; adoleſcentes.hæc ſi vobis lex placet:
Ob ſenum hercle induſtriam vos æquum eſt clare plaudere.

## Pſeudolus.

EXporgi meliuſt lumbos:atq; exurgier.
Plautina longa fabula in ſcęnam venit.

## Argumentum.

PRæſentis numerat quindecim miles minas.
Simul conſignat ſymbolum:vt phœnicium
Ei det leno:qui eum cum reliquo afferat.
Venientem caculam interuortit ſymbolo
Dicens ſyrum ſe ballionis pſeudolus.
Opemq; herili ita tulit.nam ſimiæ
Leno mulierem quem is ſuppoſuit:tradidit.
Venit harpax verus.res palam cognoſcitur:
Senexq; argentum: quod erat pactus:reddidit.

## Pſeudolus.Callidorus.

SI ex te tacente fieri poſſem certior here quę: miſeriæ te

Tam miſere macerant:duorũ labori ego hominum parſiſſem
Lubens:mei te rogandi:& tui reſpondendi mihi.
Nunc quoniam idfieri non poteſt:neceſſitas
Me ſubigit:vt te rogitem.reſponde mihi quid eſt quod tu
Exanimatus iam hos multos dies geſtas tabellas tecum:eas
Lachrymis lauis;neq; tui participem conſilii quẽquam facis?
Eloquere:vt quod ego neſcio:id tecum ſciam.Cal miſere
Miſer ſum pſeudole.Pſe.id te iupiter prohibeſſit.
Cal. Nihil hoc iouis ad iudiciũ attinet.ſub veneris regno vapulo:
Non ſub iouis.Pſe.licet me id ſcire qd ſit?nã tu me antidhac
Supremũ habuiſti comitem conſiliis tuis. Cal.idem animus nunc
Eſt. Pſe.fac me certum quid tibi ſit:iuuabo aut re.aut opera.aut
Conſilio bono.Cal.cape has tabellas:tute hinc narrato tibi:
Quæ me miſeria & cura contabefacit.Pſe.mos tibi geretur.
Sed quid hoc quæſo?Cal.quid eſt?Pſe.vt opinor.quærunt
Litteræ hęc ſibi liberos.alia aliam ſcandit.Cal.ludis me ludo tuo?
Pſe. Has quidem pol credo niſi ſibylla legerit:interpretari alium
Poſſe neminem.Cal.cur inclementer dicis lepidis litteris:
Lepidis tabellis lepida conſcriptis manu?Pſe.an obſecro hercle
Habent gallinę manus?nam has quidem gallina ſcripſit.
Cal. Odioſus mihi es.lege:vel tabellas redde.Pſe.immo enim
Pellegam.aduortito animum.Cal.non adeſt.Pſe.at tu cita.
Cal. Immo ego tacebo.tu hinc ex cęra cita.nã iſtic meus animus
Nunc eſt:non in pectore.Pſe.tuam amicam video callidore.
Cal. Vbi ea eſt obſecro?Pſe.eccã in tabellis porrectã.in cęra cubat.
Cal. At te dii deæq; quantus es.Pſe.ſeruaſſint quidem.
Cal. Quaſi ſolſticialis herba pauliſper fui.repente exortus ſum;
Repentino occidi.Pſe.tace dum tabellas pellego.Cal.ergo
Quin legis?Pſe.phœnicium callidoro amatori ſuo per
Cæram & linum litteraſq; interpretes ſalutem mittit:
Et ſalutem abs te expetit lachrymans titubanti animo
Corde & pectore.Cal.perii.ſalutem nuſquam inuenio
Pſeudole:quam illi remittam.Pſe.quam ſalutem?Cal.argenteam.
Pſe. Pro lignea ſalute vis argenteam remittere illi?videſis
Quam tu rem geras.Cal.recita modo.ex tabellis iam ſaxo ſcies:
Quam ſubito argento mihi vſus inuento ſiet.Pſe.leno me
Peregre militi macedonico minis viginti vendidit
Voluptas mea:& priuſq̃ hinc abit:quindecim miles minas
Dederat:nunc vnæ quinq; remorantur minæ.

Ea cauſa miles hic reliquit ſymbolum expreſſam in cæra
Ex annulo ſuam imaginem:vt qui huc adferret eius ſimilem
Symbolum:cum eo ſimul me mitteret.ei rei dies
Hæc prestituta eſt.proxima dionyſia.Pſe.cras ea quidem
Sunt.Cal.prope adeſt exitium mihi:niſi quid mihi
In te eſt auxilii.Pſe.ſine pellegam.Cal.ſino nam mihi
Videor cum ea fabularier.lege.dulce amarumq;
Vna nunc miſces mihi.Pſe.nunc noſtri amores:mores.
Conſuetudines.iocus.ludus.ſermo.ſuauis ſauiatio.
Compreſſiones arcte amantium comparatæ teneris labellis.
Molles morſiunculæ.papillarum horridularum oppreſſiunculæ.
Harum voluptatum mihi omnium atq; itidē tibi diſtractio.
Diſſidium.vaſticies venit:niſi q̄ mihi inteſt:aut tibi eſt in me ſalus.
Hæc quæ ego ſciui vt ſcires curaui omnia:nunc ego te experiar
Quid ames quid ſimules.vale.Cal.eſt miſere ſcriptum pſeudole?
Pſe. O miſerrime.Cal.quin fles?Pſe.Pumiceos oculos habeo.
Non queo lachrumam exorare:vt expuant vnam modo.
Cal. Quid ita? Pſe.genus noſtrum ſemper ſiccoculum fuit.
Cal. Nihil ne adiuuare me audes?Pſe.quid faciam tibi?Cal.heu.
Pſe. Heu.id quidem hercle ne parſis dabo.Cal.miſer ſum.argentū
Nuſq̄ inuenio mutuū pſeudole.Pſe.heu.Cal.neq; int⁹ nūm⁹ vll⁹ ē.
Pſe. Heu.Cal.ille abductur⁹ eſt mulierē cras.Pſe.heu.Cal.iſtoccine
Pacto me adiutas?Pſe.do id quod mihi eſt. nam is mihi theſaurus
Iugis in noſtra eſt domo.Cal.actum hodie de me eſt.ſed potes
Nunc mutuam drachmam dare mihi vnā:quā cras reddam tibi?
Pſe. Vix hercle opinor eſt:ſi me opponam pignori.ſed quid de
Drachma facere vis?Cal.reſtim volo mihi emere. Pſe.quamobrem?
Cal. Qui me faciā pēſilē.certū ē mihi āte tenebras pſeq tenebras.
Pſe. Quis mihi igitur drachmā reddet:ſi dederim tibi?an tu te ea
Cauſa vis ſciens ſuſpendere:vt me defraudes drachma:ſi
Dederim tibi?Cal.profecto nullo pacto poſſum viuere:
Si illa a me abalienatur atq; abducitur.Pſ.quid fles?
Cucule viues.Cal.quid ego ni fleam:cui nec paratus
Nummus argenti ſiet:neq; libellę ſpes ſit vſquam gentium?
Pſ. Vt litterarum ego harum ſermonem audio:
Niſi tu illi drachmis fleueris argenteis:qđ tu iſtis lachrymis
Te probare poſtulas:nō pluris refert:q̄ ſi imbrē in cribrum geras.
Verū ego te amantem ne paue:non deſeram.ſpero alicunde hodie
Me bona opera hac mea tibi inuenturum eſſe auxilium argēteum

Cal. A tid futurũ vnde? Pſe. vnde vnde dicã neſcio: qua futurũ eſt:
Ita ſupercilium ſalit. Cal. vtinã quæ dicis: dictis facta ſuppetant.
Pſe. Scis tu quídẽ hercle mea ſi cõmoui ſacra: quo pacto & q̄ntas
Soleam turbellas dare? Cal. in te nunc ſunt omnes ſpes ætati meæ.
Pſ. Satin eſt ſi hãc hodie mulierem efficio tibi tua vt ſit: aut ſi tibi
Do viginti minas? Cal. ſatis ſi futurũ ẽ. Pſe. roga me viginti minas:
Vt me effecturũ tibi quod promiſi ſcias. roga. Cal. obſecro hercle.
Pſ. Geſtio ꝓmittere. Cal. dabis ne argenti mihi hodie vigĩti minas?
Pſe. Dabo moleſt⁹ nunc iam ne ſis mihi: atq; ne dictum tibi neges:
Dico prius, ſi niminem alium potero: tuum tãgam patrẽ. Cal. dii te
Mihi ſeruent. verum ſi potes pietatis cauſa vel etiã matrem quoq;.
Pſe. De iſtac re in oculũ vtrumvis conquieſcito. Cal. oculum vtrũ
An ne in aurem? Pſe. at hoc peruolgatũ eſt minus. nunc ne quis
Dictum ſibi neget: dico oĩb⁹ pube p̄ſenti: in cõtione omni populo
Omnibus amicis notiſq; edico meis in hũc diem a me vt caueant:
Ne credant mihi. Cal. tace obſecro hercle. Pſ. quid negocii eſt?
Cal. Oſtium lenonis crepuit. Pſe. crura mauellem modo.
Cal. Atq; ipſe egreditur penitus periurum caput.

Leno. Lorarii. iiii. Pſeudolus ſeruus. Callidorus adoleſcens.

EXite. agite ite ignaui. male habiti: & male conciliati:
Quorũ nunq̃ quicq̃ cuiq̃ venit in mentẽ: vt recte faciant.
Quibus niſi ad hoc exẽplũ expior: nõ põt vſura vſurpari. neq; ego
Homines magis aſinos vnq̃ vidi: ita plagis coſtæ callent:
Quos dũ ferias: tibi plus noceas. eo enĩ ingenio hi ſunt flagritribæ
Qui hec habẽt cõſilia: vbi data occaſio ẽ. rape. clepe. tene. harpaga.
Bibe. effuge: hoc eſt eorũ opus: vt mauelis lupos apud ouis linq̄re:
Quã hos domi cuſtodes. at faciẽ cũ aſpicies coꝝ: haud mali videtur.
Opera fallunt. nũc adeo hãc edictionẽ niſi animũ aduortetis oẽs:
Niſi ſomnum ſocordiamq; ex pectore oculiſq; amouetis:
Ita ego veſtra latera loris faciam vt valide varia ſint:
Vt ne periſtromata quidem æque picta ſint campanica:
Neq; alexandrina belluata conſuta tapetia.
Atq; heri ante dixeram omniburs dederamq; eas prouincias.
Verũ ita vos eſtis perditi: negligentes: ingenio improbo:
Officium veſtrum vt vos malo cogatis commonerier.
Nempe ita animati eſtis: vos vincere hoc duricia tergi atq; me.
Hoc videſſis vt alias res agunt. hoc agite. hoc animum aduortite.
Huc adhibete aures: quæ ego loquar. plagigera genera hominum:
Nunq̃ ædepol veſtrũ durius tergum erit: ꝙ terginum hoc meum

Cui nunc dolet.hem ſic datur.ſi quis herum ſeruus ſpernit.
Adſiſtite omnes cōtra me:& quæ loquor:aduortite animum.
Tu qui vrnam habes:aquam ingere.face plenum ahenum ſit cito.
Te cum ſecuri caudicali præficio prouinciȩ.
Lo. At hȩc retōſa eſt.Le.ſine ſiet.itidē quoqꝫ vos eſtis plagis oc̄s.
Num qui minus ea gratia tamen omnium opera vtor.
Tibi hoc p̄cipio: vt niteant ædes.habes qd' facias.ꝓpera.abi intro.
Tu eſto lectiſterniator.tu argentum eluito.id extruito.
Hæc cum ego a foro reuertor:facite vt offendam parata.
Vorſa.præſterga.ſtrata.lautaqꝫ coctaqꝫ omnia vti ſient.
Nam mihi hodie natalis dies eſt.decet eum omnes vos cōcelebrare.
Pernā.callū.glandium.ſumen facito in aqua iaceant.ſatin audis?
Magnifice volo enim ſummos viros accipere: vt mihi rē eē reātur.
Intro abite:atqꝫ hȩc cito celebrate:ne mora quæ ſit cocus cūveniat
Mihi.ego eo in macellum:vt piſcium quicquid eſt prȩcio prȩſtinē.
I puere præ:ne quiſqꝫ pertundat crumenam cautio eſt.
Vel operire.eſt quod domi dicere pene ſum oblitus.
Auditin.vobis mulieres hanc habeo edictionem.
Vos quæ in mundiciis.molliciis.deliciiſqꝫ ætatulam agitis
Viris cum ſummis inclytȩ amicȩ:nunc ego ſcibo atqꝫ hodie expiar
Quȩ capiti quȩ ventri opam det quȩqꝫ ſuȩ rei.q̄ ſomno ſtudeat.
Quam libertā fore mihi credā:& quam venalē hodie experiar.
Facite hodie:vt mihi munera multa huc ab amatorib⁹ cōueniant.
Nā niſi penus annuus hodie cōuenit:cras populo proſtituam vos.
Natalē ſcitis mihi eē diē hunc.vbi iſti ſunt:quibus vos oculi eſtis?
Quibus vitȩ:quibus delicȩ eſtis.quibus ſuauia.mamilla mellita.
Manipulatim mihi munigeruli facite ante ædis iam hic adſint.
Cur ergo veſtē:aurum atqꝫ ea q̄bus eſt vobis vſui ꝓhibeo?qd mihi
Domi niſi malum veſtra opa eſt?hodie īprobe vino mō cupidȩ eſtis:
Eo vos veſtros pāticeſqꝫ adeo madefacitis: cum ego ſim hic ſiccus.
Nunc adeo hoc factū eſt optimū:vt nomine quanqꝫ appellem ſuo.
Ne dictum eſſe actutum ſibi quæpiam veſtrarum mihi neget.
Aduortite animam cunctȩ.principio hedillum tecum ago:
Quæ amicas es frumentariis:
Quibus cunctis montes maxumi aceruí frumenti ſunt domi. ,
Fac ſis ſit delatum huc mihi frumentū:hunc annum quod ſatis
Mihi etiā familiȩ omni ſit meȩ:atqꝫ adeo vt frumento affluam:
Vt ciuitas nomen mihi commutet:meqꝫ vt prædicet
Lenone ex ballione regem iaſonem.Cal.audin furcifer

Quę loquitur. ſatin magnificus tibi videtur? Pſe. pol iſte
Atq; etiam maleficus. ſed tace: atq; hanc rem gere.
Le. Aeſchrodora tu quę amicos tibi habes lenonum ęmulos
Lanios: qui item vt nos iureiurando malo querunt rem: audi.
Niſi carnaria tria glandia tergoribus onerata iubes hodie
Mihi erunt: cras quaſi dircen olim vt memorant duo
Gnati iouis deuinxere ad taurũ: itẽ hodie ſtringam ad carnarium.
Id tibi profecto taurus fiet. Cal. nimis ſermone huius
Ira incendor. Pſ. hunccine hic hominẽ pati colere iuuentutem
Atticã. vbi ſunt: vbi latent: quibus ętas integra eſt. q amãt a lenone:
Quin coueniunt: quin vna omnes peſte hac populũ hunc liberãt?
Sed nimis ſum ſtultus. nimium fui
Indoctus: ne illi audent id facere quibus vt ſeruiant
Suus amor cogit: ſimul prohibet: faciant
Aduerſum eos quod volunt: Cal. vah tace. Pſe. quid eſt?
Cal. Malemorigerus malefacis mihi: cum ſermone huic obſonas.
Pſe. Tacer. Cal. at taceas malo multo: ꝙ̃ tacere te dicas. Le. tu autẽ
Xyſtilis fac vt animum aduortas: quoius amatores
Oliuinam domi habent maximam.
Si mihi non iam huc culleus oliui deportatur:
Te ipſam culleo ego cras faciam deportere in pergulam.
Ibi tibi adeo lectus dabitur: vbi tu haud ſomnium capias.
Sed vbi vſq; ad langorẽ. tenes quorſum hęc tẽdãt quæ loquor?
En execrato: quę tibi amicos tot habes tam probe oleo onuſtos:
Nunc tua iam eſt hodie & tuorũ opera conſeruorum
Nitidiſſimum caput. at num ipſe ego pulmento vtor magis
Vnctiuſculo: ſed ſcio tu oleũ haud magnipendis: vino te deuincis.
Sine modo reprehendam ego cuncta hercle vna opera: niſi
Quidem hodie tu omnia facis ſceleſta hęc vt loquor.
Tu autẽ quę pro capite argentum mihi iam iamq; ſępe numeras:
Ea paciſci modo ſcis. ſed quę pacta es: non ſcis ſoluere.
Phœnicium tibi hęc ego loquar: delitię ſummatum virum
Niſi hodie mihi ex fundis tuorũ amicoꝝ omne hoc penus adfertur:
Cras penis phœnicio corio inuiſes pergulam.

Callidorus. Pſeudolus. Ballio leno.

PSeudole non audis quę hic loquitur? Pſe. audio here equidem:
Atq; animũ aduorto. Cal. qd mihi es auctor huic vt mittam:
Ne amicã hic meã ꝓſtituat? Pſe. bene curaſſis. liquido es animo.
Ego pro me & pro te curabo. iamdiu ego huic bene: & hic mihi

Volumus:& amicitia eſt antiqua.mittā hodie huic ſuo die natali
Malā remmagnā & maturā.Cal.qd opus eſt? Pſe.potin aliam rem
Vt cures?Cal.at.Pſe.bat.Cal.crucior.Pſe.cor dura.
Cal. Nō poſſū.Pſ.fac poſſis.Cal.quonā pacto poſſim vicere aīum?
Pſe. In rē quod ſit prętortaris:quā rem aduerſo animo auſcultas.
Cal. Nugæ iſta hęc ſunt.non iucundū eſt:niſi amans facit
Stulte.Pſe.pergin?Cal.o pſeudole mi ſine ſim nihili.
Pſe. Mitte me ſis.Cal.ſino.Pſ.mō ego aberā.Cal.mane mane iā.
Vt voles me eſſe:ita ero.Pſ.nūc tu ſapis.Bal.it dies.ego mihi ceſſo.
I præ puere.Cal.heus abiit.qn reuocas?Pſ.quid ꝑperas?placide.
Cal. At priuſquam abeat:quod hoc malū tā placid⁹ puere hodie?
Pſ. Nate heus.hodie nate tibi ego dico.heus hodie nate redi:&
Reſpice ad nos.tam & ſi occupatus:moramur mane.ſunt conloqui
Qui volūt te.Bal.quid hoc eſt?quis eſt qui moram occupato
Moleſtam obtulit?Pſe.qui tibi ſoſpitalis fuit.Bal.mortuus eſt
Qui fuit:qui eſt viuus eſt.Pſe.nimis ſuperbe.Bal.nimis moleſtus.
Cal. Reprehēde hoīem.adſequere.Bal.i puere.Pſe.accedamus hac
Obuiam.Bal.iupiter te perdat quiſquis es.Pſe.te volo.
Bal. At vos ego ambos.vorte hac te puere.Pſe.nō licet cōloq te?
Bal. At mihi nō lubet.Cal.ſin tuam eſt quippiam in rem?
Bal. Licet ne obſecro viuere an nō licet?Cal.vah māta.Pſe.omitte.
Cal. Ballio audi.Bal.ſurdus ſum profecto.inanilogus es. Cal.dedi:
Dum fuit.Bal.nō peto quod dediſti?Cal.dabo quando erit.
Bal. Ducito qndo habebis. Cal.heu heu ꝙ̄ ego malis ꝑdidi modis
Quod tibi detuli:& quod dedi.Bal.mortua verba nunc
Facis.ſtultus es.rem actam agis.Pſe.noſce ſaltem hunc quis eſt.
Bal. Iam diu ſcio qui fuit.nunc qui eſt is ipſus ſciat.ambula tu.
Pſ. Potin vt ſemel modo ballio hunc cum lucro reſpicias?
Bal. Reſpiciam iſtoc precio.nam ſi ſacrificem ſummo ioui:
Atq; in manibus exta teneam:vt poriiciam:interea loci
Si lucri quid detur:potius rem diuinam deſeram.
Pſ. Non poteſt pietati obſiſti huic:vt res ſunt cæteræ.
Deos qdem quos maxime æquum eſt metuere:eos minimi facit.
Bal. Cōpellabo.ſalue multū ſerue athenis peſſume.Pſ.di te deæq;
Ament vel huius arbitratu vel meo:vel ſi dignus alio pacto
Neq; ament neq; faciant bene.Bal.quid agitur callidore?
Pſe. Amatur atq; egetur acriter.Bal.miſereat ſi familiā alere poſſī;
Miſericordia.Pſ.eia ſcimus nos quidem te qualis ſis:ne prædices.
Sed ſcin qd nos volum⁹?Ba.pol ego probe modo:vt male ſit mihi

Pſ. Et id & hoc qđ te reuocamus: q̄ſo animū aduorte. Bal. audio.
Atq; in pauca vt occupatus nūc ſum: confer quid velis.
Pſe. Heu pudet quod tibi promiſit: quanq̄ id promiſit die:
Quia tibi minas viginti pro amica etiam non dedit.
Bal. Nimio id quod pudet facilius fertur: q̄ illud quod piget.
Non dediſſetis tum pudet. me quia non accepi piget.
Pſ. At dabit. parabit aliquid hos dies: manta modo.
Nam hic id metuit: ne illam vendas ob ſimultatem ſuam.
Bal. Fuit occaſio ſi vellet: iampridem argentum vt daret.
Cal. Quid ſi non habui? Bal. iam haberes: inuenires mutuum.
Ad daniſtam deuenires: adderes fœnuſculum: ſurripuiſſes
Patri. Pſ. ſurriperet hic patri audaciſſime? non periculum?
Eſt ne quid recte monſtres? Bal. non lenonium eſt.
Cal. Egon patri ſurripere poſſim quicq̄ cauto ſeni?
Atq; adeo ſi facere poſſem: pietas prohibet. Bal. audio.
Pietatem ergo iſtam amplexator noctu pro phœnicei.
Sed cum pietate amori video tuo pręuortere: omnes tibi
Patres ſunt. nullus eſt tibi quem roges mutuum argentum.
Cal. Quin nomen quoq; iam interit mutuum.
Bal. Heus tu poſtquam hercle iſti a menſa ſurgunt ſaturi poti:
Qui ſuum repetunt: alienum reddunt. nato nemini
Ab alienis cautiores ſunt. nec reddant alteri.
Cal. Nimis miſer ſum. nummum nuſq̄ reperire argenti queo.
Ita miſer & amore pereo & inopia argentaria. Bal. eme die
Cæca hercle oliuum. id vendito oculata die. iam hercle vel
Ducentæ fieri poſſunt præſentes minæ. Cal. perii. an n̄on tum
Iex me perdit. Bal. qui. Cal. quina vicenaria metuunt credere oēs.
Bal. Eadem eſt mihi lex. metuo credere. Pſe. credere autem
Eho an pœnitet te: quando hic fierit vſui? Bal. non eſt iuſtus
Quiſq̄ amator: niſi qui perpetuat data: detq; vſq;. quando
Nihil ſit: ſimul amare deſinat. Cal. nihil ne temet miſeret?
Bal. Inanis cedis. dicta nō ſonant. atq; ego te viuum ſaluūq; velle.
Pſ. Eho in iā mortuus eſt? Ba. illico vixit amator: vbi lenoni placet.
Semper tu ad me cum argentata accedito querimonia.
Nam iſtuc quod nunc clamitare non eſſe argentum tibi:
Apud nouercam querere. Pſ. eho nunqd tu huius nupſiſti patri?
Bal. Di melius faciant. Pſ. fac hoc: quod te rogamus ballio.
Mea fide ſi iſti formidas credere: ego in hoc triduo
Aut terra aut mari alicunde euoluam id argentum tibi.

Bal. Tibi ego credam?Pſ.cur nõ?Bal.quia pol qua opꝰo credã tibi:
Vna opera alligem fugitiuam canem agninis lactibus.
Cal. Siccine mihi abſte bene merenti male refertur gratia?
Bal. Quid nunc vis?Cal. vt opperiare hos ſex dies ſaltem modo:
Ne illam vendas neu perdas me hominem amantem.Bal.bono
Animo es vel ſex opperibor menſes.Cal.euge homo
Lepidiſſime.Bal.immo vin etiam te faciã ex læto lætantem magis?
Cal. Quid iam?Bal.quia enim non venalem habeo phœnicium.
Cal.Non habes?Bal.non hercle vero.Cal.ſpeudole accerſi hoſtias
Victimas.lanios:vt ego huic ſacrificem ſummo ioui.
Nam hic mihi nunc eſt multo potior iupiter.inquam iupiter.
Bal. Nolo victimas.agninis me extis placari volo.Cal.propera.
Quid ſtas?accerſe agnos.audin quid ait iupiter?Pſ.iam hic ero.
Verum extra portam metiam currenduſt prius.Cal.quid eo?
Pſ. Lanios inde accerſam duos cum tintinabulis:eadem duo
Greges virgarum inde vlmearum adegero:vt hodie
Ad litationem huic ſuppetat ſatis ioui in malam crucem.
Cal. Iſtic abit iupiter lenonius?ex tua re non eſt vt ego emoriar.
Pſ. Qui dum?Cal.ego dicã tibi.quia ędepol dum ego viuus viuam:
Nunquam eris frugi bonæ.Pſ.ex tua re non eſt vt ego emoriar.
Cal. Qui dum?Pſ.ſi quia ſi ego emortuus ſim:athenis te ſit
Nemo nequior.Cal.dic mihi obſecro:verum hercle ſerio hoc
Quod te rogo eſt:nõ habes venalem amicam tu meã phœnicium?
Bal. Non ædepol habeo profecto.nam iampridem vendidi.
Cal. Quomodo?Bal.ſine ornamentis cum inteſtinis omnibus.
Cal. Meam tu amicam vendidiſti?Bal.valde viginti minis.
Cal. Viginti minis?Bal.vtrum vis vel quater quinis minis
Militi macedonico. etiam quindecim habeo minas.
Cal. Quid ego ex te audio?Bal.amicam tuã eſſe factam argẽteam.
Cal. Cur id auſus facere?Bal.libuit.mea fuit.Cal.eo pſeudole.
I gladium adfer.Pſeu.quid opus gladio?Cal.qui hunc
Occidam atq; me.Pſeu.quin tu te occides potius:nam hunc fames
Iam occiderit.Cal.quid ais quantum terra tegit hominum
Periuriſſime.iuraſtin te illam nulli venditurum niſi mihi?
Bal. Fateor.Cal.nempe conceptis verbis.Bal.etiã cõſultis quoq;:
Cal. Periurauiſti ſceleſte.Bal.at argentũ intro cõdidi. ego ſceleſtus
Nunc argentum promere poſſum domo.tu qui ſis iſtoc genere
Natus:nummum non habes.Cal.pſeudole adſiſte altrinſecus:atq;
Onera hũc maledictis.Pſeu.licet nunquã ad prętorẽ atq; curſim

Curram: liſte vtar manu. Cal. ingere mala multa. Pſeu. iam ego
Te differam dictis meis impudice. Bal. ita eſt. Pſeu. ſceleſte.
Bal. Dicis vera. Pſeu. verbero. Bal. quippini. Cal. buſtirape.
Bal. Certe. Cal. furcifer. Bal. factum optume. Cal. ſocifraude.
Bal. Sũt mea hæc iſta. Pſeu. paricida. Bal. perge tu. Pſeu. ſacrilege.
Bal. Fateor. Cal. periure. Bal. vetera vaticinamini. Cal. legirupa.
Bal. Valide. Pſeu. pernicies aduleſcentum. Bal. acerrime. Cal. fur.
Bal. Babae. Pſeu. fugitiue. Bal. bombax. Cal. fraus populi.
Bal. Planiſſume. Pſe. fraudulente. Cal. impure leno. Pſe. coenum.
Bal. Cantores probos. Cal. verberauiſti patrem atq; matrem.
Bal. Atq; occidi quoq; potiuſq̃ cibũ phiberẽ. nũ peccaui quippiã?
Pſe. In pertuſum ingerimus dicta dolium. operam ludimus.
Bal. Nunqd aliud etiam voltis dicere? Cal. ecquid te pudet?
Bal. Te amatorem inuentum eſſe inanem quaſi caſſam nucem.
Sed quãq̃ multa mala quæ in me dicta dixiſti mihi:
Niſi mihi attulerit miles quinq;: quas debet minas:
Sicut hæc eſt præſtituta ſummæ argento dies:
Si is non aderit: poſſe opinor facere officium meum.
Cal. Quid id eſt? Bal. ſi tu argentum attuleris: cum illo perdiderim
Fidem. hoc meum eſt officium. ego operæ ſi ſit plus
Tecum loquar. ſed ſine argẽto fruſtra ẽ: ꝙ me tui miſereri poſtulas.
Hęc mea eſt ſententia: vt hinc porro quid agas conſulas.
Cal. Iam ne abis. Bal. negocii ſum plenus. Pſe. paulopoſt magis.
Ille homo meus eſt: niſi omnes di me atq; homines deſerunt.
Exoſſabo ego illum ſimulter itidem vt murenam coquus.
Sed nunc callidore operam mihi te volo dare. Cal. ec
Quid imperas? Pſe. hoc ego oppidum admœnire vt hodie capiatur:
Volo. ad eam rem vſuſt hominem aſtutum. doctũ. & ſcitũ callidum.
Qui imperata hæc facta reddat: non qui vigilans dormiat.
Cal. Cedo mihi quid es facturus? Pſe. tempori ego faxo ſcies.
Nolo bis iterare. ſat ſic longæ fiunt fabulæ. Cal. optumum
Atq; æquiſſimum oras. Pſe. propera. adi hac hominem cito.
Pauci ex multis ſunt amici homini qui certi ſient.
Cal. Ego ſcio iſtuc. Pſe. ergo vtrinq; tibi nunc delectum para:
Ex multis exquire illis vnum: qui certus ſiet.
Cal. Iã hic faxo aderit. Pſe. potĩ vt abeas? Cal. tibi morã dictis creas.

Pſeudolus.

POſtq̃ illic hinc abiit: tu aſtas ſolus Pſeudolus.
Quid nunc acturus: poſtq̃ herili filio largitus dictis

Dapſilis.vbi ſunt ea:cui neq; parata gutta certi conſilii:
Neq; adeo argenti.neq; nunc quid faciam ſcio.neq; exordiri
Primum:vnde accipias habeas:neq; ad detexundam telam
Certos terminos.ſed quaſi poeta fabulas cum cœpit:ſibi
Quęrit quod nuſq̃ eſt gentium:reperit tamen.facit illud
Veriſimile qđ mēdaciū eſt.nūc ego poeta fiam.viginti minæ
Quæ nuſq̃ nunc ſunt:inueniam tamen.
Atq; ego huic iampridem me daturū dixerā.at volui incipere
Tragulā in noſtrū ſenē:verū is neſcio quo pacto præſens it prius.
Sed cōprimēda eſt mihi vox atq; oratio.herū eccum video huc
Simonem vna ſimul cum ſuo vicino calliphone incedere.
Ex hoc ſepulchro vetere viginti minas effodiam ego hodie:
Quas dem herili filio.nūc huc cōcedā:vt horū ſermonem legam.

Simo.Callipho ſenes duo.Pſeud.ſeruus.

SI de dānoſis aut de amatoribus dictator fiat nunc athenis
Atticis:nemo antecedat filio credo meo:ita nunc per vrbem
Solus ſermo eſt omnibus:eū velle amicā liberare & quęrere
Argentum ad eam rem.hoc alii mihi renunciant:atq; id iam
Pridē ſenſi:& ſubolet mihi.Pſe.occiſa ē hęc res.hęret hoc negociū.
Quin cōmeatū volui argentariū proficiſci:illi nunc oppido
Oppoſita obſtacula.p̄ſenſit.nihil ē p̄de p̄datoribus. Co.homines
Qui geſtant quiq; auſcultant crimina:ſi meo arbitratu
Liceat:omnes pendeant geſtores linguis:auditores auribus.
Nam iſta quæ tibi renunciantur filium te velle amantem
Argento circunducere:forſitan ea tibi dicta ſunt mendacia.
Sed ſi ea vera ſunt:.vt nunc eſt maxime.quid mirum fecit?
Quid nouum:adoleſcens homo ſi amat:ſi amicam liberat?
Pſe. Lepidū ſenem.Si.vetus nolo faciat. Cal.at enim ne quicq̃ vis
Vel tu ne faceres tale in adoleſcentia probum patrē eſſe oportet:
Qui gnatum ſuum eſſe probiorē quam ipſus fuerit poſtulet.
Nam tu quod damni & quod feciſti flagitii:populo viritim
Potuit diſpartirier:id ne tu mirare ſi patriſſat filius?
O zeu q̃ pauci eſtis homines:commodiorem
Illic eſſe patrem:eſſet vt æquior filio.Si.ſ; quis hic loquitur?
Meus hic eſt quidē ſeruos pſeudoloſus.hic mihi corrūpit filium.
Scelerū caput hic.dux.hic ille ē pędagogꝰ.hūc ego cupio excruciari
Cal. Iā iſtęc inſipientia irā i promptu gerere. quanto ſatius eſt
Adire blandis verbis;atq; exquirere ſint illa nec ne ſint quæ tibi

Renũciatur.bon⁹ aĩus ĩ mala re dimidiũ eſt mali.Si.tibi auſcultabo.
Pſe. Itur ad te pſeudole.orationem tibi para aduerſum ſenem.
Herũ ſalutato primũ: vt æquom eſt.poſtea ſi quid ſupſit: vicinos
Imparti.Si.ſalue.quid agitur? Pſe.ſtatur hic ad hunc modum.
Si. Statum vide hominis callipho quaſi baſilicum.Cal.bene
Confidenterq́ꝫ te adſtitiſſe intellige.Pſe. decet innocens
Qui ſit atq́ꝫ innoxius:ſeruum ſuperbum eſſe apud herũ potiſſimũ.
Cal. Sunt quæ te volumus percontari:quæ quaſi per nebulam
Noſmet ſciamus: atq́ꝫ audiuimus.Si.conficiet iam te hic
Verbis:vt tu cenſeas non pſeudolum:ſed ſocratem tecum loqui.
Pſe. Ita eſt.iampridem tu me ſpernis: ſentio.paruam eſſe
Apud te mihi fidem eſſe intelligo?
Cupis me eſſe neq̃:tamen ero frugi bonæ.
Si. Fac ſis vacuas pſeudole ædis aurium:mea vt migrare dicta
Poſſint quo volo.Pſe.age loquere quid vis:tametſi tibi ſuccenſeo.
Si. Mihi domino ſeruos tu ſuccenſes? Pſe.iã tibi mirũ id videtur?
Si. Hercle qui vt tu prædicas ;cauenduſt mihi abs te irato:
Atq́ꝫ alio tu modo me verberare: atq́ꝫ ego te ſoleo cogitas?
Quid cenſes?Cal.ædepol merito eſſe iratum arbitror:
Cum apud te parum ſtet fides.Si.iam ſic ſino.
Iratus ſit.ego ne quid noceat cauero.
Sed quid ais?quid hoc quod te rogo.Pſe.ſi quid vis roga.
Quod ſcibo:delphis reſponſum dicito.Si.aduorte
Ergo animum:& fac ſis promiſſi memor.Pſe.quid ais?
Si. Ecquam ſcis filium tibiicinam meum amare?
Liberare quam velit Pſe.ceuton Kaito ito negari.
Si. Ecquas viginti minas per ſycophantiam atq́ꝫ perdoctos dolos
Paritas vt a me auferas? Pſe.abs te ego auferam?
Si. Ita.quas meo gnato des:qui amicam liberet.fatere.
Pſe. Dixin troia cades mendaci capta ſinone.
Si. Dixin caliphon dudum tibi?Cal.memini.Si.cur hęc
Tu vbi reſciuiſti:illico cęlata me ſunt?cur non reſciui?Pſe.eloquar.
Quia nolebam te memorem prægigni malum
Herum:vt ſeruos criminaret apud herum.Si.iuberes hunc
Præcipetem in peſtrinum trahi?Cal.nunquid peccatum eſt ſimo.
Si. Immo maxime.deſiſte.recte ego meam rem ſapio callipho.
Pſe. Peccata mea ſunt.animum aduorte:nunc iam
Qua propter expertem amoris nati habuerim
Piſtrinum ineundum ſcibam:ſi id faxem mihi.

Si. Non a me ſcibas piſtrinum ineundum tibi?
Cum ea muſſitabas?Pſe.ſcibam.Si.cur non dictum eſt mihi?
Pſe. Quia aliud malum aderat:iſtuc aberat longius.
Illud erat præſens:huic erat diecula.
Si. Quid nunc agetis?nam hinc quidem a me non poteſt
Argentum auferri:qui preſertim ſenſerim.
Ne quiſq̄ credat nummum:iam edicam omnibus.
Pſe. Nunq̄ ædepol cuiq̄ ſupplicabo:dum quidem
Tu viues:tu mihi hercle argentum dabis.
Abs te equidem ſumam,Si.tu a me ſumes?Pſe.ſtrenue.
Si. Excludito mihi hercle oculum:ſi dedero.Pſe.dabis.
Iam dico vt a me caueas.Cal.certe ædepol ſcio:
Si abſtuleris mirum & magnum feceris facinus.
Pſe. Faciam.Cal.ſi non abſtuleris.Pſe.virgis cædito.
Pſe. Sed quid ſi abſtulero?Si.do iouem teſtem tibi:
Te ætatem impune habiturum.Pſe.facito vt memineris.
Si. Egon vt cauere nequeam cui prædicitur?
Pſe. Predico vt caueas.dico inq̄ vt caueas.caue.hem iſtis
Mihi vt hodie manibus argentum dabis.Cal.ædepol
Mortalem graphicum:ſi ſeruat fidem.
Pſe. Seruitum tibi me abducito:ni fecero.Si.bene atq̄
Amice dicis:nam nunc iam meuſt?Pſe.vin etiam
Dicam:quo vos magis miremini?Cal.ſtudeo hercle
Audire.nam te auſculto libens.Si.agedum nam ſatis
Libenter te auſculto loqui.Pſe.priuſq̄ iſtam pugnam
Pugnabo:ego etiam prius dabo aliam pugnam claram
Et commemorabilem.Si.quam pugnam?Pſe.hem ab hoc
Lenone vicino tuo per ſycophantiam atq̄ per doctos dolos
Tibiicinam illam:tuus quam gnatus deperit:
Eam circunducam lepidule nonne.Si.mirum quidem eſt.
Pſe. Effectum hoc hodie reddam vtrunq̄ ad veſperum.
Si. Siquidem iſtæc opera vt predicas perfeceris:
Virtute regi agathocli anteceſſeris.ſed ſi non faxis:
Nunquid cauſa eſt:illico quin te in piſtrinum condam.
Pſe. Non vnum quidem diem modo:verū hercle in omnis:q̄ntus
Eſt.ſed ſi effecero:dabin mihi argentum quod dem lenoni illico
Tua voluntate?Cal.ius bonum orat pſe vdolus.dabo inque.
Si. At enim ſcin qd mihi in mentem venit?quid ſi iiſce
Inter ſe conſenſerunt callipho:aut de compacto faciunt

Conſutis dolis: qui me argento circumuertant:
Pſe. Quis me audacior ſit: ſi iſtuc facinus audeam dicere immo
Sic ſimo ſi ſumus conſpecti ſiue conſilium vnq̃ inimus
De iſtac re: aut ſi de ea re vnq̃ inter nos conuenimus.
Quaſi in libro cum ſcribuntur litteræ calamo
Stilis me totum vſq; vlmeis conſcribito. Si. indice ludos
Nunc iam quando lubet. Pſe. da in hunc diem operam
Callipho quæſo mihi: ne quod te ad aliud occupes negocium.
Cal. Quin rus vt irem iam hieri conſtitueram.
Pſe. At nunc diſturba quas ſtatuiſti machinas.
Cal. Nunc non abire certum eſt iſtac gratia. lubido eſt ludos
Tuos ſpectare pſeudole. & ſi hunc videbo non dare argentũ tibi:
Quod dixi: potius q̃ id non fiat ego dabo: non demutabo.
Pſe. Namq; ædepol ſi non dabis: clamore magno: & multum
Flagitabere. agite amouemini hinc vos intro nunc iam
Ac meis viciſſim date locum fallaciis. Si. fiat: geratur
Mos tibi: ſed te volo domi vſq; adeſſe. Cal. quin tibi hanc
Operam dico. at ego ad forum ibo iam hic adero.
Si. Actutum redi. Pſe. ſuſpicio eſt nunc vos ſuſpicarier.
Me iccirco hęc tanta facinora promittere:
Qui vos oblectem: hanc fabulam dum tranſigam:
Neq; ſim facturus: quod facturum dixerã. non demutabo.
Atq; etiã certũ: qđ ſciã: quo ſim facturus pacto nihil etiam ſcio:
Niſi quia futurum eſt. nam qui in ſcenam prouenit
Nouo modo: nouum aliquod inuentum afferre addecet.
Si id facere nequeat. det locum illi qui queat
Concedere aliquantiſper hinc mihi intro libet.
Cum concenturio in corde ſycophantias
Tibiicen vos interea hic delectauerit.
Proh iupiter vt mihi quicquid ago lepide omnia proſpereq;
Veniunt. neq; quod dubitem: neq; quod timeam meo in pectore
Condictũ eſt conſilium: nam ea ſtultitia eſt facinus magnum
Timido cordi credere. nam omnes res perinde ſunt
Vt agas vt eas magnifacias: nam ego in meo pectore prius ita
Paraui copias duplicis triplicis dolos. perficias. vt vbicunq;
Cum hoſtibus congrediar: malorum meorũ fretus virtute
Dicam mei induſtria: & maleficia fraudulenti: facile vt vincam
Facile vt ſpoliem meos perduellis meis perfidiis:
Nunc inimicũ ego hũc communem meũ: atq; noſtrũ omniũ

Ballionem exballiſtabo lepide.date operam modo.
Hoc ego oppidum admœnire:vt hoc die capiatur:volo:
Atq vt hoc meas legiones adducam.ſi hoc expugno:
Facilem ego hanc rem meis ciuibus faciam.
Poſt ad oppidum hoc vetus continuo mecum exercitum
Protinus obducam:inde me & ſimul participes omnes
Meos præda onerabo atq opplebo mecum:& fugam
Perduellibus meis eſſe:me vt ſciant natum:
Quo ſum genere gnatus.magna me facinora decet efficere:
Quæ poſteri mihi clara & diu cluant.ſed hũc quẽ video quis?
Quis hic eſt qui oculis obuiam ignorabilis obiicitur? libet ſcire
Quid hic velit cũ machæra:& hic quã rẽ agat.hinc dabo inſidias.

Harpax cacula.Pſeudolus ſeruus.

HI loci ſunt atq hæ regiões:q̃ mihi ab hero ſunt demõſtratæ:
Vt ego oculis ratione capio: q̃s mihi ita dixit herus me? miles
Septimas eſſe ædis a porta:vbi ille habitat leno:cui iuſſit
Symbolum me ferre & hoc argentum.nimis velim
Certum qui mihi faciat:ballion leno vbi hic habitat.
Pſe. St. tace tace.meus hic eſt homo: ni omnes di atq homines
Deſerunt.nouo conſilio nunc mihi opus eſt:noua res ſubito
Mihi hęc obiecta eſt.hoc præuortar.principio illa omnia miſſa
Habeo quæ ante agere occœpi.nam pol ego hunc ſtratioticum
Nuncium aduenientẽ probe percutiam.Har.oſtium pultabo:
Atq intus euocabo aliquẽ foras.Pſe.quiſquis es:cõpendium
Ego te facere pultandi volo.nam ego precator & patronus
Foribus proceſſi foras.Har.tu ne es ballio?Pſe.immo vero
Ego eius ſum ſubballio.Har.qd iſtuc verbi eſt?Pſe.cõdus promus
Sum procurator peni.Har.quaſi te dicas atrienſem.
Pſe. Immo atrienſi ego impero.Har.qd tu ſeruus ne es an liber?
Pſe. Nũc q̃dẽ etiam ſeruio.Har.ita videre:& nõ videre dignus:
Qui liber ſies.Pſe.nõ ſoles reſpicere te:cum dicas iniuſte alteri.
Har. Hũc hoĩem malũ eẽ oportet.Pſe.di me ſeruãt:atq amant.
Nam hic mihi meus eſt. procudã ego hodie hinc multos dolos.
Ha. Quid illic ſecũ ſol? loqtur? Pſ.qd ais tu adoleſcẽs?Ha.qd eſt;
Pſe. Es ne tu an nõ es ab illo milite macedonico ſeruus eius:qui
Hinc a nobis eſt mercatus mulierem?qui argenti hero meo
Lenoni quindecim minas dederit:quinq debet?Har.ſum.
Sed vbi tu me nouiſti gentium:aut vidiſti:aut conlocutus?
Nam equidem athenas atidhac nunquam adueni:neq te vidi

Ante hunc diem vnquam oculis meis. Pſe. quia videre inde eſſe.
Nam olim cum abiit: argento hic dies præſtituta eſt quo
Ad referret nobis: neq; dum rettulit. Har. immo adeſt.
Pſe. Tun attuliſti? Har. egomet. Pſe. quid dubitas dare?
Har. Tibi ego dem? Pſe. mihi hercle vero: qui res rationeſq; heri
Ballionis curo. argentum accepto expenſo: & cui debet dato.
Har. Siquidem hercle etiã ſupremi promptas theſauros iouis
Tibi libellam argenti nunquam credam: dum tu ſtrenuas.
Pſe. Res erit ſoluta. Har. vtinam potius ſic ſeruauero.
Pſe. Vę tibi. tu inuentus vero meam qui forcilles fidem?
Quaſi mihi non ſexcenta talenta tanta ſoleant credier?
Har. Poteſt vt alii ita arbitrentur? & ego vt ne credam tibi.
Pſe. Quaſi tu dicas me te velle argento circunducere?
Har. Immo vero quaſi tu dicas quaſiq; ego autem id ſuſpicer.
Sed quid eſt tibi nomen? Pſe. ſeruus eſt huic lenoni ſyrus.
Eum eſſe me dicam. ſyrus ſum. Har. ſyrus? Pſe. id eſt nomen mihi.
Har. Verba multa facimus. herus ſi domi eſt tuus: quin prouocas?
Vt agam quo miſſus hic ſum. Pſe. quidquid eſt nomen tibi
Si intus eſſet: euocarem. verum ſi dare vis mihi: magis erit
Solutum: q̃ ipſi dederis. Har. at enim ſcin quid eſt?
Reddere hoc non perdere herus miſit. nunc certe ſcio
Hoc febrim tibi eſſe. quia non licet hoc iniicere vngulas.
Ego niſi ipſi ballioni nummum credam nemini.
Pſe. At illic nunc negocioſus eſt. res agitur apud iudicem.
Har. Di bene vortant. at ego quando eum eſſe cenſebo domi:
Rediero. tu epiſtolam hanc a me accipe: atq; illi dato.
Nam iſtic ſymbolum eſt inter herum meum & tuũ de mulierem.
Pſe. Scio equidem: vt qui argentum adferret: atq; expreſſam
Imaginẽ ſuam huc ad nos: quom eo aiebat velle mitti mulierem.
Nam hic quoq; exemplũ reliquit eius. Har. omnem rem tenes.
Pſe. Quid ego ni teneã? Har. dato ergo iſtũ ſymbolum illi. Pſ. licet.
Sed quid eſt tibi nomen? Har. harpax. Pſe. apage te.
Harpax haud places. huc quidem hercle haud ibis intro: ni quid
Harpax feceris. Har. hoſtis viuos rapere ſoleo ex acie: hoc
Nomen mihi eſt. Pſe. pol te multo magis opinor vaſa ænea
Ex ædibus. Har. nõ ita eſt. ſed ſcin qd te orem ſyre? Pſe. ſciam ſi
Dixeris. Har. ego deuortor extra portam huc in tabernam tertiam
Apud anum illam doliarem claudam craſſam chryſidem.
Pſe. Quid vis? Har. inde me arceſſas: herus tuus vbi venerit.

Pſe. Tuo arbitratu maxime. Har. nam vt laſſus veni de via:
Me volo curare. Pſe. ſane ſapis: & conſilium placet.
Sed videſis ne in queſtione ſis: quando arceſſam te.
Har. Quin vbi prandero: dabo operam ſomno. Pſe. ſane cenſeo.
Har. Nunquid vis? Pſe. dormitum vt abeas. Har. abeo.
Pſe. Atq3 audin harpage: iubeſis te opiri. beat9 eris: ſi cōſudaueris.

Pſeudolus ſeruus.

O I immortales conſeruauit me illic homo aduentu ſuo.
Suo viatico reduxit me vſq3 ex errore in viam.
Nam ipſa mihi opportunitas non potuit opportunius
Aduenire: quam hec cauata eſt mihi opportune epiſtola.
Nam hæc illa ea cornu copiæ eſt: vbi ineſt quicquid volo.
Hic doli. hic fallacie omnes ſunt. hic ſunt ſycophantie.
Hic argentum. hic amica amanti herili filio.
Atq3 ego nunc me glorioſum faciam & copi pectore:
Quo modo quiq3 agerem: vt lenoni ſurriperem mulierculam
Iam inſtituta ornata cuncta in ordine habeo: vt volueram:
Certa deformata habebam. ſed profecto hoc ſic erit.
Certum doctum hominum conſilia hec deuincit dea
Fortuna: atq3 hoc verum eſt: proinde vt quiſq3 fortuna vtitur:
Ita precellet: atq3 exinde ſapere eum omnes dicimus.
Bene vbi quid diſcimus conſilium: accidiſſe hominem cautum
Eum eſſe declaramus: ſtultum autem illum cui vertit male.
Stulti haud ſcimus: fruſtra vt ſcimus: cum quod cupienter dari
Petimus nobis. quaſi quid in rem ſit poſſimus noſcere:
Certa amittimus dum incerta petimus. atq3 hoc venit
In labore atq3 in dolore: vt mors obrepat interim.
Sed iam ſatis eſt philoſophatum. nimis diu & longum loquor.
Di immortales orichalco contra non carum fuit
Meum mendacium: hic modo quod ſubito commentus fui:
Quia lenonis me eſſe dixi. nunc ego hac epiſtola
Tres deludam. herum. & lenonem. & qui hanc mihi dedit epiſtolā.
Euge par pari. aliud autem quod cupiebam: contigit.
Venit eccum callidorus. ducit neſcio quem ſecum ſimul.

Callidorus. Charinus adoleſcens. Pſeudolus.

O Vlcia atq3 amara apud te ſum elocutus omnia.
Scis amorem. ſcis laborem. ſcis egeſtatem meam.
Cha. Commemini omnia. dic tu modo! me quid vis facere: faciam
Cal. Cum hec tibi alia ſum elocutus: vt ſcirem ſi ſcis de ſymbolo.

Ch. Omnia inquam. tu modo quę me facere vis: fac vt ſciam.
Cal. Pſeudolus ita mihi imperauit: vt aliquem hominem ſtrenuũ
Beneuolentem adducerem ad ſe. Ch. ſeruas imperium probe.
Nam vt amicum & beneuolentem ducis. ſed iſtic pſeudolus
Nouus mihi eſt. Cal. nimiũ eſt mortalis graphicus. euretes mihi eſt.
Is mihi hęc eſſe effecturum dixit: quę dixi tibi.
Pſe. Magnifice hominem compellabo. Cal. cuia vox ſonat? Pſe. io.
Io te te tyranne: te rogo qui imperitas pſeudolo.
Cal. Quęro q̃ iter. Pſe. trina triplicia tribus modis. me tria gaudia
Artibus tribus. ter demeritas dein leticias de tribus
Fraude partas per maliciam & per dolum. & fallaciam
In libello hoc obſignato ad te attuli pauxillulo.
Ch. Illic homo eſt. vt paratragœdiat carnufex?
Cal. Confer gradum contra. at ſaltem brachium.
Dic vtrum ſpem ne an matrem te reſalutem pſeudole?
Pſe. Imo vtrũq;. Cal. vtrũq; ſalue. ſed quid actũ ẽ? Pſe. quid times?
Cal. Attuli hunc. Pſe. quid attuliſti? Cal. adduxi volui dicere.
Pſe. Quid iſtic eſt? Cal. charinus. Pſe. euge. iam charinum volo.
Ch. Quin tu quidquid opus eſt mihi audacter imperas.
Pſe. Bene ſit charine. nolo tibi moleſtos eſſe nos.
Ch. Vos moleſtos mihi? moleſtũ eſt id quidem. Pſe. tũ igitur mane.
Ch. Quid iſtuc eſt? Pſe. epiſtolam modo hanc intercepi & ſymbolũ.
Cal. Symbolũ? quem ſymbolũ? Pſe. qui a milite alienatuſt modo:
Eius ſeruus qui hunc ferebat cum quinq; argenti minis:
Tuam qui amicam hinc accerſebat. ei os ſubleui modo.
Cal. Quo modo? Pſe. horum cauſa hęc agitur ſpectatorum fabula,
Hi ſciunt qui hic adfuerunt: vobis poſt narrauero.
Cal. Quid nũc agim9? Pſe. liberam hodie tuã amicã amplexabere.
Cal. Ego ne? Pſe. tu te. ego ipſus inquam: ſiquidẽ hoc viuet caput:
Si modo mihi hominẽ inuenietis propere. Cal. qua facie? Pſe. malũ.
Callidum. doctum: qui quando principium prehenderit:
Porro ſua virtute teneat: quid ſe facere oporteat.
Atq; eum qui non hic viſitatus ſępe ſit. Ch. ſi ſeruos eſt:
Nunquid refert? Pſe. immo multo mauolo quam liberum.
Ch. Poſſe opinor me dare hominem tibi malum & doctum modo
Qui a patre aduenit chariſto. nec dum exiit ex ædibus
Quoquam: neq; athenas aduenit vnquam ante heſternum diem.
Pſe. Bene iubeſſis. ſed quinq; inuentis opus eſt argenti minis
Mutuis: quas hodie reddam. nam vnam huius mihi debet pater.

Ch. Ego dabo.ne quære aliunde.Pſe.hominem opportunū mihi.
Etiā opuſt chlamyde & machera & petaſo.Ch.a me poſſum dare.
Pſe. Di immortales nō charinus mihi hic quidem eſt:ſed copia:
Sed iſtic ſeruus ex chariſto hic qui aduenit.qui ſapit?
Ch. Vſq; a cunabulis.Pſe.manuleatā tunicā habere hoīem decet.
Ecquid habet is homo aceti in pectore?Ch.atq; acidiſſimi.
Pſe. Quid ſi opus ſit:vt dulce promat indidem:ecquid habet?
Ch. Roas?murinā.paſſum.defrutum.mellinam.mel.quoiuſmodi.
Quin in corde inſtruere quondam cœpit hermopolium.
Pſe. Euge pellepide charine.me meo ludo iam beas.
Sed qui nomen eſſe dicam ego iſti ſeruo?Ch.ſimię.
Pſe. Scit ne in re aduorſa verſari?Ch.turbo non æque citus eſt.
Pſe. Ecquid argutus eſt?Ch.malorum facinorum ſępiſſime.
Pſe. Quid cum manifeſto tenetur?Ch.anguillaſt.elabitur.
Pſe. Ecquid is homo eſt ſcitus?Ch.plebiſcitum non æque ſcitū eſt.
Pſe. Probus homo eſt vt prædicare te audio.Ch.immo ſi ſcias:
Vbi te aſpexerit: narrabit vltro quid eſſe velis.
Sed quid es acturus?Pſe.dicam:vbi hominem exornauero.
Subditicium fieri ego illum militis ſeruum volo.
Symbolum hunc ferat leoni cum quinq; argenti minis.
Mulierem ab lenone abducat.hem tibi omnem fabulam.
Cæterum quo quidq; pacto faciat: ipſi dixero.
Cal. Quid nunc igitur ſtamus?Pſe.hominem cū ornamētis oībus
Exornatum adducite ad me iam ad trapezitam æſchinum.
Sed properate.Ch.prius illic erimus quam tu.Pſe.abite ergo
Ocyus.quidquid incerti mihi in animo prius aut ambiguum fuit:
Nunc liquet:nunc defecatum ſi cor mihi nunc peruiumſt.
Omnes ordines ſub ſignis ducam legiones meas
Aui ſiniſtra auſpicio liquido atq; ex ſententia:
Confidentia eſt inimicos meos me poſſe perdere.
Nunc ibo ad forum:atq; onerabo meis preceptis ſimiam:
Quid agat:nequid titubet:docte vt hanc ferat fallaciam.
Iam ego hoc ipſum oppidum expugnatum faxo erit lenonium.

Puer.

QVoi ſeruitutem di danunt lenoniam puero:atq; eidem ſi addunt
Turpitudinem: næ illi qnantum ego nūc corde conſpicio me
Malam rem magnam multaſq; ærumnas danunt.velut hęc
Mihi euenit ſeruitus:vbi ego omnibus paruis magniſq; miſeriis
Præfulcior.neq; ego amatorem mihi vllum inuenire queo:

Pſeudolus.
Qui amet me: vt cur & tandem nitidiuſcule.nunc huic
Lenoni hodie eſt natalis dies.interminatuſt a minimo ad maximũ:
Si quis non hodie munus miſiſſet ſibi:cum cras cruciatu
Maximo præbitere.nunc neſcio hercle rebus quid faciam meis.
Neq; ego illud poſſum:quod illi qui poſſunt: ſolent.
Nunc niſi lenoni munus hodie miſero: cras mihi potandus
Fructus eſt fullonius.heu q̃ ille hercle ego etiam nũc ſum paruulus:
Atq; ædepol vt nunc male eum metuo miſer:ſi quiſpiam det
Qui manus grauior ſiet.q̃q̃ illud aiunt magno gemitu fieri.
Comprimere dentes videor poſſe aliquo modo.ſed cõprimẽda eſt
Mihi vox atq; oratio.herus eccum recipit ſe domũ:& ducit coquũ.

Ballio leno. Coquus.

FOrum coquinum qui vocant:ſtulte vocant.
Nam non coquinum eſt:verum furinum eſt forum.
Nam ſi ego iuratus peiorem hominem quærerem
Coquum non potui: q̃ hunc quem duco:ducere
Multiloquum. glorioſum.inſulſum. inutilem.
Qui ob eam rem horcus recipere hunc ad ſe noluit:
Vt eſſet hic:qui mortuis cœnam coquat.nam hic ſolus illis coquere
Quod placeat:poteſt.Co.ſi me arbitrabare iſto pacto vt prædicas:
Cur conducebas? Bal.inopia.alius non erat.
Sed cur ſedebas in foro: ſi eras coquus:
Tu ſolus præter alios?Co.ego dico tibi.
Hominum auaricia ego ſum factus improbrior coquus:
Non meopte ingenio.Bal.qua iſtuc ratione?Co.eloquar.
Quia enim cum extemplo veniunt conductum coquum:
Ne illum quærunt qui optimus & caſſimuſt.
Illum conducunt potius qui viliſſimuſt.
Hoc ego fui hodie ſolus obſeſſor fori.
Illi drachmis iiſſent miſeri:me nemo poteſt
Minoris quiſquam nummo vt ſurgam:ſubigere.
Non item cœnam condio vt alii coqui:
Qui mihi condita prata in patinis proferunt.
Boues qui conuiuas faciunt: herbaſq; aggerunt.
Eas herbas herbis aliis porro condiunt.
Indunt coriandrum.foeniculum.allium.atrum olus
Apponunt.rumicem.braſſicam.betam.blitum.
Eo laſerpicii,libram pondo diluunt.
Teritur ſinapis ſcelerata cum illis:qui terunt:

Priuſquam triuerunt:oculi vt extillent facit.
Ei homin es cœnas ſibi coquunt:cum condiant:
Non condimentis conduunt: ſed ſtrigibus
Viuis conuiuis inteſtina quæ exedunt.
Hoc hic quidem homines tam breuem vitam colunt:
Cum haſce herbas huiuſmodi in ſuum aluum congerunt
Formidoloſas dictu non eſu modo.
Quas herbas pecudes non edunt: homines edunt.
Bal. O quid tu diuinis condimentis vtere.
Qui prorogare vitam poſſis hominibus:qui ea
Culpes condimenta?Co.audacter dicito.nam
Vel ducenos annos poterunt viuere:meas
Qui eſitabunt eſcas quas condiuero.
Nam ego cicilendrum quando in patinas indidi:
Aut ſi polindrum: aut mœcidem.aut
Sane ſcandicem.eæ ipſe ſeſe patina
Feruefaciunt illico: hæc ad neptuni pecudes
Condimenta ſunt ac atharathrion.
Bal. At te iupiter diiq; omnes perdant cum
Condimentis tuis cumq; tuis omnibus mendaciis.
Co. Sine ſis ioqui me.Bal.loquere:atq; in malam crucē.
Co. Vbi omnes patinæ ferunt: omnis aperio.
Terreſtres pecudes cecimandro condio aut paropſide.
Is odos dimiſſis pedibus in cælum volat.
Eum in odorem cœnat iupiter cotidie.
Bal. Odor dimiſſis pedibus? Co.peccaui inſciens.
Bal. Quid eſt? Co.quia dimiſſis manibus volui dicere.
Bal. Si nuſquam is coctum:quidnam cœnat iupiter?
Co. It incœnatus cubitum.Bal.in malam crucem
Iſtaccine cauſa tibi hodie nummum dabo?
Co. Fateor equidem me eſſe coquum cariſſimum.
Verum pro precio facio: vt opera appareat mea:
Quo conductus veni.Bal.ad furandum quidem.
Co. An inuenire poſtulas quemquam coquum:
Niſi miluinis aut aquilinis vngulis?
Bal. An tu coquinatum ire quoquam poſtulas:
Quin ibi conſtrictis vngulis cœnam coquas?
Nunc adeo tu qui meus es a me:dico tibi:
Vt noſtra properes amoliri omnia.

Tum vt huius oculos in oculis habeas tuis.
Quoquo hic ſpectabit: eo tu ſpectato ſimul.
Si hic quo gradietur: pariter progredimini.
Manum ſi protollet: pariter proferto manum.
Suum ſiquid ſumet: id tu ſinito ſumere.
Si noſtrum ſumet: tu teneto altrinſecus.
Si iſte ibit: ito. ſtabit: aſtato ſimul.
Si conquiniſcet iſtic: conquiniſcito ſimul.
Item his diſcipulis prius cuſtodes dabo.
Co. Habe modo aı̄um bonū. Bal. q̄ſo qui poſſim doce
Animum habere: qui te ad me adducam domum?
Co. Quia ſorbitione faciam ego te hodie mea:
Item vt medea peliam recoxit ſenem:
Quem medicamento & ſuis venenis dicitur
Feciſſe rurſum ex ſene adoleſcentulum:
Item te ego faciam. Bal. eho an tu etiam veneficus?
Co. Immo ædepol vero hominum ſeruator magis.
Bal. Hē mane quanti iſtuc vnū me coquinare perdoces?
Co. Quid? Bal. vt te ſeruem: nequid ſurripias mihi.
Co. Si reddis nummos meos: ne metuas quidem.
Sed vtrum amicis hodie an inimicis tuis
Daturus cœnam? Bal. pol ego amicis ſcilicet.
Co. Quin tu illos inimicos potius quam amicos vocas?
Nam ego ita conuiuis cœnam conditam dabo
Hodie atq; ita ſuauiter conditam:
Vt quiſq; quicquam conditum guſtauerit:
Ipſos ſibi faciam vt digitos prærodat ſuos.
Bal. Quæſo hercle priuſquam quicq̄ conuiuis dabis:
Guſta tute prius: & diſcipulis dato:
Vt prærodatis veſtras furtificas manus.
Co. Fortaſſe hęc tu nunc mihi non credis: quę loquor?
Bal. Moleſtus ae ſis nimium: iam tu minis non places.
Hem illic ego habito. intro abi: & cœnam coque
Propere. Co. quin is accubitum: & conuiuas cedo.
Corrumpitur iam cœna. Bal. hem ſubolet. ſis vide:
Iam hic quoq; ſceleſtus eſt coquus vt conicio:
Profecto quid nunc primum caueam neſcio:
Ita in ædibus ſunt fures. prædo in proximo eſt.
Iam mihi hic vicinus apud forum paulo prius

Pater callidori opere fecit maximo: vt mihi cauerem
A pſeudolo ſeruo ſuo. neu fidem ei haberem. nam eum
Circuire in hunc diem vt me ſi poſſet muliere
Interuorteret: eum promiſiſſe firmiter dixit ſibi
Seſe abducturum a me dolis phœnicium.
Nunc ibo intro: atq; edicam familiaribus:
Profecto ne quis quicquam credat pſeudolo.

Pſeudolus. Simia. Sycophanta.

SI vnquam quēquā di imortales voluere eſſe auxilio audiutum:
Tum me & callidorū ſeruatū voluunt eſſe: & lenonem extinctū
Dum te adiutorem genuere mihi tam doctū hominem atq; aſtutū.
Sed vbi illic eſt? ſum ne ego homo inſipiens: quid hęc mecum
Ego met loquar ſolus? dedit verba mihi hercle: vt opinor.
Malus cum malo ſtulte caui. tum pol ego interii: homo ſi ille
Abiit: neq; hoc opus quod volui: ego hodie efficiam.
Sed eccum video verbeream ſtatuam: vt magnifice infert ſeſe
Hem te hercle ego circūſpectabam. nimis metuebā male ne abiiſſes.
Sy. Fuit meū officiū: vt facerem: fateor. Pſe. vbi reſtiteras?
Si. vbi mihi libitū eſt. Pſe. iſtuc ego ſatis ſcio. Sy. cur ergo qđ ſcis me
Rogas? Pſe. at hoc volo monere te. Sy. monendus ne me moneat.
Pſe. Nimis tādē ego abs te cōtemnor. Si. quippe ego te ni cōtennā
Stratioticus homo qui cluear. Pſe. iam
Hoc volo quod occœptum ſt agi. Sy. nūquid agere aliud me vides?
Pſe. Ambula ergo cito. Sy. imo ocioſe volo. Pſe. hęc ea occaſio eſt;
Dum ille dormit. volo vt prior tu occupes adire.
Quin properas? Sy. placide ne time. ita ille faxit iupiter: vt
Ille palam ibidem ante quis quis ille eſt: qui adeſt a milite.
Nunq̄ ædepol erit ille potior harpax: q̄ ego. habe animum bonū
Pulchre ego hanc explicatam tibi rem dabo. ſic ego illum
Dolis atq; mendaciis in timorem dabo militatem aduenam:
Ipſe ſeſe vt neget eum eſſe qui ſiet: meq; vt eſſe autumet
Qui ipſus eſt. Pſe. qui poteſt? Sy. occidis me: cum iſtuc
Rogitas. Pſe. o hominem lepidum: te quoq; etiam
Dolis atq; etiam mendaciis iupiter te mihi ſeruet. Sy. immo mihi.
Sed vide ornatus hic me ſatis condecet? Pſe. optume habet. Si. eſto.
Pſe. Tantum tibi di immortales duint: quantū tibi optes.
Nam ſi exoptem quantū dignus: tantum dent: minus nihilo eſt:
Neq; ego hominem quenquam vidi magis malum & maleficum
Sy. Tun id mihi? Pſe. taceo. ſed ego quæ tibi

Dona dabo:& faciam:ſi hanc rem ſobrie accuraſſis.
Sy. Potin vt taceas?memorem immemorem facit:q monet qđ
Memor meminit.teneo.omnia in pectore condita ſunt:meditati
Sunt doli docte.Pſe.probus hic eſt hō. Sy.neq; hic eſt neq; ego.
Pſe. At vide ne titubes. Sy.potin vt taceas?Pſe.ita me dii ament.
Sy. Ita non facient.mera iam mēdacia fundis. Pſe.vt ego ob tuā
Simia perfidiam te amo.& metuo.& magnifico.
Sy. Ego iſtuc aliis dare cōdidici: mihi obtrudere n̄ potes palpū.
Pſe. Vt ego te hodie accipiam lepide:vbi effeceris hoc opus.
Sy. Ha ha he. Pſ.lepido victu vino:vnguētis:& īter pocula pulpa
Ibidē vna aderit mulier lepida:tibi ſauia ſup ſauia q̄ det. (mentis
Sy. Lepide accipis me.Pſe.immo ſi efficis:tū faxo magis dicas.
Sy. Niſi effecero:cruciabiliter carnifex me accipito.
Sed propera mihi monſtrare vbi ſit oſtium lenonis ædium.
Pſe. Tertium hoc eſt.Sy.tace.ędes hiſcunt.Pſe.credo aīo maleſt
Aedibus.Sy.quid iā?Pſe.quia ędepol ipm lenonem euomunt.
Sy. Illiccine eſt?Pſe.illic eſt.Sy.mala merx eſt.Pſe.illuc ſis vide.
Non prouerſus verum tranſuerſus cedit:quaſi cancer ſolet.

Ballio.Pſeudolus.Sycophanta.

Minus malum hūc hoīem eſſe opinor:q̄ eſſe cēcebā coquū:
Nā nihil etiam dū harpagauit pręter cyathū:& cantharum.
Pſe. Heus tu nunc occaſio eſt & tēpus.Sy.tecum ſentio.
Pſe. Ingredere in viam dolis:& ego hic in inſidiis ero.
Sy. Habui numerum ſedulo hoc eſt ſextum a porta proximū.
Angiportum in id angiportum me deuorti iuſſerat.
Quotas has ædis dixerit:id ego admodum incerto ſcio.
Bal. Quis hic hō chlamydatus eſt.aut vnde eſt.aut quē quęritat?
Peregrina facies videtur hominis.atq; ignobilis.
Sy. Sed eccum qui ex incerto faciet mihi quod quæro certius.
Bal. Ad me adit recta.vnde ego hoīem hunc eſſe dicam gentiū?
Sy. Heus tu qui cum hirquina ſtas barba:reſpōde quod rogo.
Bal. Eho an non prius ſalutas?Sy.nulla eſt mihi ſalus dataria.
Bal. Nā pol hinc tantundē accipies.Pſe.iā inde a pricipio pbus.
Sy. Ecquem in angiporto hoc hominem tu nouiſti te rogo?
Bal. Ego memet me.Sy.pauci iſtuc faciunt hoīes:qđ tu p̄dicas.
Nam in foro vix decumus quiſquis eſt:qui ipſus ſeſe nouerit.
Pſe. Saluus ſum.iam philoſophatur.Sy.hominē ego hic quæro
Malum legirupam.impium.periurum.atq; improbum.
Bal. Me quęritat.nā illa ſunt cognomenta.nomen ſi memoret

Modo:quod eſt ei homini nomen? Sy.leno ballio.
Bal. Sum.ego ipſe ſum aduleſcens quem tu quæritas.
Sy. Tu ne es ballio? Bal.ego enimuero is ſum.
Sy. Vt veſtitus eſt perfoſſor parietum.
Bal. Credo in tenebris:conſpicatus ſi ſis me:abſtineas manum.
Sy. Her⁹ me⁹ tibi me ſalutē multā voluit dicere:hāc epiſtulā ac
A me.hanc me tibi iuſſit dare. Bal.qs is homoſt qui iuſſit? (cipe
Pſe. Perii nunc hō in medio luto eſt.nomē neſcit.hęret hęc res.
Bal.Quē hāc miſiſſe ad me autumas? Sy.noſce imaginē tute ei⁹:
Nomen memorato mihi:vt ſciam ballionem te eſſe ipſum.
Bal.Cedo mihi epiſtolā.Sy.accipe & cognoſce ſignū.Bal.ohopo
Pur⁹ put⁹ ē ipſus.noui.her⁹ polymachęroplacides. (lymachæro
Sy. Placides nomen eſt:ſcio iam tibi me recte dediſſe epiſtolam.
Poſtꝗ̄ polymachæroplacidæ elocutus nomen es.Bal.ſed quid
Agitis? Sy.qđ ædepol fortis:atꝗ; bellator probus.ſed propera
Hanc pellegere quæſo epiſtulam.ita negocium eſt:atꝗ; accipe
Argentum actutum:mulieremq; mihi emitte.nam neceſſeſt
Hodie ſicyoni me eſſe.aut cras mortem exequi:ita herus meus
Eſt imperioſus.Bal.noui.notis prædicas.Sy.propera pellegere
Epiſtulam ergo.Bal.id ago ſi taceas modo.miles lenoni ballioni
Conſcriptam mittit polymachęroplacides imaginem
Obſignatam:quæ inter nos duo conuenit olim.Sy.ſymbolum
Eſt in epiſtula.Bal.video:& cognoſco ſignum.ſed in epiſtula
Nullam ſalutem mittere ſcriptam ſolet.Sy.ita militaris
Diſciplina eſt ballio manu ſalutem mittunt beniuolentibus
Eadem malam rem mittunt male volentibus.
Sed vt occœpiſti:perge operam experirier:quid epiſtula
Iſta narret.Bal.auſculta modo.harpax calator
Meus eſt:ad te qui venit.tu ne es harpax?
Sy. Ego ſum:atꝗ; ipſe harpax quidem.Bal.qui epiſtulam
Iſtam fert:ab eo argentum accipies.
Cum eo ſimul mulierē mitti volo.ſalutē ſriptam dignū eſt dignis
Mittere.te ſi arbitrarem dignum miſiſſem tibi.
Sy. Quid nunc? Bal.argentum des.abducas mulierem.
Sy. Vter remoratur.Bal.quin ſequere:eo intro. Sy.ſequor.

Pſeudolus.

PEiorem ego hominem magiſꝗ; verſute malum
Nunquam ædepol quēquam vidi:quam hic eſt ſimia.
Nimiſꝗ; ego illum hominem metuo & formido male

Ne malus item erga me ſit: vt erga illum fuit. ne in re
Secunda nunc mihi obuertat cornua: ſi occaſionem ceperit:
Cautio eſt: q ſit malus. atq; ædepol eqdē nolo: nā illi bene volo.
Nunc in metu ſum maximo triplici modo. primum omnium
Iam hunc comparem metuo meum: ne deſerat me atq;
Ad hoſtis tranſeat. metuo autem ne herus redeat etiam
Dum a foro: ne capta prçda capti prædones fiant. cum hoc
Metuo: metuo ne illic huc harpax veniat: priuſquam hinc
Hic harpax abierit cum muliere. perii hercle nimium.
Tarde egrediuntur foras. cor conligatis vaſis expectat
Meum. ſi non educat mulierem ſecum ſimul vt exultatum
Ex pectore fugiat meo: victor ſum: vici cautos cuſtodes meos.

Sycophanta. Pſeudolus.

DEplora. neſcis vt res ſit phœniciū. verū haud multo poſt faxo
Accubans. non ego te ad illum duco dentatū virum (ſcibis
Macedonienſem: qui lenonem flentem faciet:
Cuiam te eſſe vis maxime. ad eum duco te
Callidorum. haud multo poſt faxo amplexabere.
Pſe. Quid tu intus queſo deſediſti? quādiu mihi cor retunſuſt
Oppugnando in pectore. Sy. occaſionem repperiſti verbero agotadico
Vbi percōteris me inſidiis hoſtibus: quin hic metimur gradibus i. veſtigiis
Militariis. Pſe. atq; ædepol quāquā nequā homo es: recte mones. i. perfi[illegible]

Ballio leno.

BAbæ nūc demū mihi animus in tuto eſt loco: poſtq̄ iſte hinc
Abiit: atq; abduxit mulierē. mihi libet nūc venire pſeudolū
Scelerū caput: & abducere a me mulierem fallaciis conceptis
Hercle verbis ſatis certo ſcio. ego peierare mauellem me milies:
Quam mihi illum verba per deridiculum dare. nunc deridebo
Hercle hominem: ſi conuenero. verum in piſtrinum credo vt
Conuenit fore nunc: ego ſimonem mihi obuiam venire velim:
Vt mea lætitia lætus promiſcua ſiet.

Simo ſenex. Ballio leno.

VIſo quid rerum meus vlyſſes egerit. iam ne habeat
Signū ex arce balliona. Bal. o fortunate cedo fortunatam
Manum ſimo. Si. quid eſt? Bal. iam. Si. qdiam? Bal. nihil eſt
Quod metuas. Sy. quid eſt? venit ne homo ad te? Bal. non.
Si. Quid eſt igr̄ boni? Bal. minæ viginti ſanæ ac ſaluæ ſunt tibi
Hodie: quas abs te inde es inſtipulatus pſeudolus. Si. velim.
Quid eſt hercle? Bal. roga me viginti minas ſi ille hodie

Illa ſit potitus muliere:ſiue eam tuo gnato hodie vt promiſit
Dabit.rogato obſecro hercle.geſtio promittere omnibus modis
Tibi eſſe rem vt ſaluam ſcias:atq; etiã habeto mulierẽ dono tibi.
Si. Nullũ periculũ eſt: quod ſciam.ſtipulatier vt concepiſti verba
Viginti minas dabin?Bal.dabuntur.Si.hoc quidem actunſt
Haud male.ſed conueniſti hominem?Bal.immo ambo ſimul.
Si. Quid ait? quid narrat? q̃ſo quid dicit tibi? Bal.nugas theatri
Verba quæ in comœdiis ſolent lenoni dici: quæ pueri ſciunt.
Malum.& ſceleſtum.& periurum aiebant eſſe me.
Si. Pol haud mẽtituſt.Bal.ego haud iratus fui.nam quãti refert:
Nec recte dicere qui nihil faciat:quiq; infacias non eat.
Si. Quid eſt quod nõ metuas?ab eo id audire expecto.Bal.quia
Nunquam a me abducet mulierem iam nec poteſt.meminiſtin
Tibi me dudum dicere eam veniſſe militi macedonico?
Si. Memini.Bal.hem illius ſeruos huc ad me argentum attulit
Et obſignatum ſymbolum.Si.quid poſtea?Bal.qui inter me
Atq; illum militem conuenerat: is ſecum abduxit
Mulierem haud multo prius.Si.bonan fide iſtuc dicis?
Bal. Vnde ea ſit mihi?Si.vide mõ ne illic ſit cõtechnatꝰ quippiã.
Bal. Epiſtula atq; imago me certum facit.quin illam quidẽ iam
In ſicyonem ex vrbe adduxit modo.Si.bene hercle factum.
Quid ego ceſſo pſeudolum facere:vt det nomen ad molarum
Coloniã.ſed quis hic homo eſt chlamydatꝰ? Bal.nõ ædepol ſcio.
Niſi vt obſeruemus quo eat:aut quam rem gerat.

Harpax.Simo.Ballio.

MAlꝰ & nequã eſt homo:qui nihili imperiũ heri ſui ſeruꝰ facit.
Nihili eſt aũt:ſuũ q officiũ facere imemor eſt:niſi adeo mõitꝰ.
Nam qui liberos eſſe illico ſe arbitrantur:ex conſpectu heri
Si ſui ſe abdiderunt: luxuriantur.luſtrantur.comedunt:
Quod habent:nomen diu ſeruitutis ferunt.nec boni ingenii
Quicquam in his ineſt:niſi vt improbis ſe artibus teneant.cum
His mihi nec locus nec ſermo conuenit.iis nunquam nobilis fui.
Ego vt imperatum eſt:& ſi abeſt hic adeſſe herum arbitor.
Hunc ego illum metuo:cum hic non adeſt.nec cũ adſiet:metuã:
Ei rei operam dabo.nam in taberna vſq; adhuc:ſi iret ſyrus
Cui dedi ſymbolum:manſi vt iuſſerat.leno vbi eſſet domi
Me aiebat arceſſere.verum vbi is non venit:nec vocat:
Venio huc vltro:vt ſciam quid rei ſiet: ne illic hõ me ludificetur.
Neq; quicquam eſt melius:quam vt hoc pultem: atq; aliquem

Euocem hinc intus.leno argentum hoc volo a me accipiat:
Atq; emittat mulierem mecum ſimul.Bal.heus tu.Si.quid
Vis?Bal.hic homo meuſt.Si.quidũ?Bal.quia prȩda hæc mea eſt.
Scortum quærit.habet argentum.iam admordere hunc mihi
Lubet.Si.iam ne illum comeſurus es. Bal.dum recens eſt.
Dum datur:dum calet.deuorari decet.nam boni viri.
Me pauperant:improbi alunt: augent rem meam mali.
Populi ſtrenui mihi improbius viſi ſunt.Si.malum quod
Tibi dabunt vt ſceleſtus.Har.me nũc commoror: cum has fores
Non ferio:vt ſciam ſit ne ballio domi?Bal.venus mihi hȩc
Bona dat:cum hos huc adiicit lucrifugas: damni
Cupidos.qui ſe ſuamq; ætatem bene curant.edunt. bibunt.
Scortantur.illi ſunt alio ingenio: atq; tu:qui neq;
Tibi bene eſſe patere:& illis quibus eſt: inuides.
Har. He⁹ vbi eſtis vos?Bal.hic quidẽ ad me recta habet rectã viã.
Har, He⁹ vbi eſtis vos?Bal.he⁹ adoleſcẽs quid iſtic debetur tibi?
Bene ego ab h oc prædiat⁹:ſi bono in bona ſcæna eſt mihi.
Har. Ecqs hoc apit?Bal.heus chlamydate?quid iſtic debetur tibi?
Har. Aediũ dominũ lenonem ballionem quærito.Bal.quiſquis
Es adoleſcens:operam fac compendi quærere.Har.quid iam?
Bal. Quia ipſus coram præſens prȩſentem vides.Har.tun is es?
Si. Chlamydate caueſis tibi adiro infortunio: atq; in hunc
Intende digitum.hic leno eſt.Bal.at hic eſt vir probus.
Sed tu non es vir:flagitare ſȩpe inclamare in foro
Cum libello nunquam es:niſi quidem leno hic ſubuenit tibi.
Har. Quin tu mecum fabulare? Bal.fabulor.quid vis tibi?
Har. Argentum accipias. Bal.iam ſi dudum des:porrexi manũ.
Har. Accipe.hic ſunt quinq; argenti lectæ numeratȩ minȩ.
Hoc tibi herus me iuſſit ferre polymachȩroplacides:
Quod deberet:atq; vt mecũ mitteres phœniciũ.Bal.herus tuus?
Har. Ita dico.Bal.miles?Har.ita loquor.Bal.macedonius?
Har. Admodũ inquã.Bal.te ad me miſit polymachȩroplacides?
Ha.Vera memoras.Bal.hoc argẽtũ vt mihi dares?Ha.ſi tu qdẽ es
Leno ballio.Bal.atq; vt a me mulierem abduceres?Har.ita.
Bal.. Phœnicium eſſe dixit?Har.recte meminiſti.Bal.mane iam.
Redeo ad te.Har.at mutare propera.nam propero.vides
Iam diei multum eſſe.Bal.video.hunc ad vocare etiam volo.
Mane modo iſtic:iam reuertar ad te.quid nunc fiet ſimo.
Quid agimus? maniſeſto hunc hominem teneo:qui

Argentum attulit. Si. quid nam? Bal. an ne ſcis quæ ſit hæc res?
Si. Iuxta cum ignariſſimis.
Aedepol hominem verberonē pſeudolum: vt docte dolū
Commentuſt. tantūdem argenti quantum miles debuit:
Dedit huic: atq; hominem exornauit: mulierem qui arceſſeret.
Bal. Pſeudolus tuus allegauit hūc: q̄ſi a macedonio milite eſſet.
Si. Habes ne argentum ab homine? Bal. rogitas quod vides?
Si. Heus memento ergo dimidium iſtinc mihi de pręda dare.
Cōmune iſtuc eſſe oportet. Bal. quid malum? id totum tuum eſt.
Quam mox mihi operā das? Si. tibi do ecquidem. Bal. quid nunc
Mihi es auctor ſimo? Si. exploratorem hunc faciamus ludo
Suppoſititium: adeo donicum ipſus ſeſe ludos fieri ſenſerit.
Bal. Sequere. quid ais nēpe tu illius ſeruos es? Har. planuſſime.
Bal. Quanti te emit? Har. ſuarum in pugna virium victoria.
Nam ego eram domi imperator ſummus in patria mea.
Bal. An etiam ille vnquam expugnauit carcerē patriam tuam?
Har. Contumeliam ſi dices: audies. Bal. quid tun hodie
Ex ſicyone huc perueniſti? Har. altero ad meridiem. Bal. ſternue
Me hercle iſti: quanuis pernix hic eſt homo: vbi ſuram
Aſpicias: ſcias poſſe eum gerere craſſas compedes.
Quid ais? tu ne etiam cubitare ſolitus es in cunis puer?
Har. Scilicet. Bal. etiam ne facere ſolitus es: ſcin quid loquar?
Har. Sani ne eſtis? Bal. quid hoc quod te rogo?
Noctu in vigiliam quando ibat miles: tum tu ibas ſimul:
Conueniebat ne in vaginam tuam machæra militis?
Har. I in malam crucem. Bal. ire licebit tibi tamē hodie tēpori.
Har. Quī tu mulierē mihi emittis: aut reddis argētū? Bal. mane.
Har. Quid maneam? Bal. chlamydem hanc commemores.
Quanti conductaſt? Har. quid eſt? Bal. quid meret machæra?
Har. Helleborū hiſce hominibus opus eſt. Bal. eho. Har. mitte.
Bal. Quid mercedis petaſus hodie dn̄o demeret? Har. qd dn̄o?
Quid ſomniatis? mea equidem hæc habeo omnia
Meo peculio empta. Bal. nēpe ~~quod~~ fœmina ſumma ſuſtinet:
Nunc tibi ſunt. Har. ſenes fricari ſeſe ex antiquo volunt.
Bal. Reſponde obſecro hercle hoc vero ſerio quod te rogo.
Quid meres? quantulo argenti te conduxit pſeudolus?
Har. Quid iſtic pſeudoluſt? Bal. præceptor tuus q te hāc fallaciā
Docuit: vt fallaciis hinc a me mulierem abduceres.
Har. Quem pſeudolum? quas tu mihi prædicas fallacias?

Quem ego homine͂ nullius coloris noui.Bal.non tu iſtinc abis?
Nihil eſt hodie iſtius ſycophantis quæſtus.proin tu pſeudolo
Nuncies adduxiſſe aliam prædam qui occurrit prior
Harpax.Har.is quidem ædepol harpax ego ſum.Bal.immo
Aedepol eſſe vis:purus putus hic ſycophanta eſt.Har.ego tibi
Argentum dedi:& dudum aduenie͂s exte͂plo ſymbolu͂ ſeruo tuo
Heri magine obſignatam epiſtolam hic ante oſtium.
Bal. Meo tu epiſtolam dediſti ſeruo?cui ſeruo? Har.ſyro.
Bal. Nõ cõfidit.ſycophãta hic nequã eſt.nugis meditatur male.
Aedepol hominem verberonem pſeudolum:vt docte dolum
Commentuſt:tantundem argenti quantum miles debuit
Dedit huic:atq; hominem exornauit:mulierem qui abduceret.
Nam illam epiſtolam ipſus verus harpax huc ad me attulit.
Har. Harpax ego vocor:ego ſeruus ſum macedonis militis:
Ego nec ſycophantioſe quicquam ago:nec malefice:
Neq; iſtum pſeudolum mortalis qui ſit noui:neq; ſcio.
Si. Tu niſi miruſt leno plane perdidiſti mulierem.
Bal. Aedepol næ iſtuc magis magiſq; metuo:cum verba audio.
Si. Mihi quoq; ædepol iam dudum ille ſyrus cor perfrigefacit:
Symbolum qui hoc accepit.mira ſunt pſeudolus eſt.
Eho tu qua facie fuit dudum:cui dediſti ſymbolum?
Har. Rufus quidam:ventrioſus.craſſus.ſyrus:ſubniger.
Magno capite.acutis oculis.ore rubicundo.admodum
Magnis pedibus.Si.perdidiſti poſtquam dixiſti pedes.
Pſeudolus fuit ipſus.actum eſt.Bal.idem etiam morior ſimo.
Si. Hercle aut te ſinam emoriri:niſi argentum mihi redditur
Viginti minæ.Har.atq; etiam mihi alię viginti minę.
Bal. Auferetur id pręmium a me quod promiſi per iocum?
Si. De improbis viris auferri præmium & prædam decet.
Bal. Salte͂ pſeudolu͂ mihi dedas.Si.pſeudolum ego dedam tibi?
Quid deliquit?dixin ab eo tibi vt caueres centies?
Bal. Perdidit me.Si.at me viginti modicis mulctauit minis.
Bal. Quid nunc faciã?Har.ſi mihi argentu͂ dederis:te ſuſpe͂dito.
Bal. Di te perdant.ſequere ſis me ergo hac ad forum:vt ſoluã.
Har. Sequor.Bal.qd ego ꝑegrinos abſoluã?cras agã cu͂ ciuibꝰ.
Pſeudolus mihi centuariata habuit capitis comitia:
Qui illum ad me hodie adlegauit:mulierem qui abduceret.
Sequere tu nunc.expectetis dum hac domum redeam via.
Ita res geſta eſt.angiporto hæc certum eſt coſectarier.

Har. Si graderere quantum loquere:iam iſſes ad forum.
Bal. Certunſt mihi hunc emortualem facere ex natali die.

Simo ſenex.

BEne ego illum tetigi:bene autem ſeruos inimicum ſuum.
Nunc mihi certum eſt alio pacto pſeudolo inſidias dare:
Quam in aliis comœdiis fit:vbi cum ſtimulis aut flagris
Inſidiantur.at ego iam inultus promam viginti minas:
Quas promiſi ſi effeciſſet:obuiam ei vltro deferam.
Nimis illic mortalis doctus.nimis verſutus.nimis malus.
Superauit dolum troianum atq; vicit pſeudolus.
Nunc ibo intro:argentum promam.pſeudolo inſidias dabo.

Pſeudolus ſeruus ebrius.

QVid hoc?ſiccine hoc fit?pedes ſtatin an nõ?an id voltis vt me
Hic iacẽtẽ aliquis tollat?nã hercle ſi cecidero:veſtrum
Erit flagitium.pergitin pergere?ah ſæuiendum mihi
Hodie eſt.magnum hoc vitium vino eſt.pedes captat primum.
Luctator doloſuſt ꝓfecto.ædepol ego nũc ꝓbe habeo madulſam.
Ita victu excurato.ita magnis mundiciis digni.ah itaq; in loco
Feſtiuo ſumus feſtiue accepti.qd op⁹ me multas agere ambages?
Hoc eſt homini quãobrem vitam amet.hic omnes voluptates:
In hoc omnes venuſtates ſunt.deis proximum eſſe arbitror.
Nã vbi amans cõplexuſt amantẽ:vbi ad labra labella adiungit:
Vbi alter alterum bilingui manifeſto interprehendunt:
Vbi manu mamilla opprimittur:ac ẽt ſi lubet corpa cõduplicãt.
Manu cãdida cantharũ dulciferũ ꝓpinare mitiſſimã amicitiam.
Neq; ibi eẽ aliũ alio odio.ibi nec moleſtũ:nec ſmõib⁹ morologis
Vnguẽta:atq; odores lẽtiſcos.corollas dari plexiles nõ ei de (vti.
Victu cætero.qs me roget.hoc ego modo:atq; her⁹ minor (ꝓmi
Hunc diem ſumpſimus potime.
Poſtq̃ opus meum vt volui omne perpetraui:hoſtibus fugatis:
Illos accubantis.potantis.amantis.cum ſcortis reliqui:& meum
Scortum ibidem corde atq; animo ſuo obſequentes.ſed poſtq̃
Exurrexi:orant me id vt ſaltem:adhunc modum intuli.
Illis ſatiſfacere minime ex diſciplina quiui ego.
Qui lenonem capere didici:ſed palliolatim amictus
Sic inceſſi ludibũdus.plaudũt.partim clamitant me vt reuertar.
Occœpi denuo hoc modo.nolui idem.amice dabam me meæ:
Vt me amaret.vbi circunuortor:cado.id fuit nẽpe a ludo.itaq;
Dum enitor pauxillatim:pene inquinaui pallium.nimiæ tum

Voluptati ædepol fui ob caſum.datur cantharus.bibi.
Commuto illico pallium.illud poſui.inde huc exii:crapulam
Dum amouerem.nunc ab hero ad herũ meum maiorem venio.
Fœdus cõmemorarũ.apite apite.he⁹ſimoni me adeſſe qs nũciat?

Simo.Pſeudolus.Bal.leno.

VOx viri peſſumi me exciet foras.ſed quid hoc quo modo
Quid te video ego?Pſ.cũ corona ebriũ pſeudolũ tuum.
Si. Libere hercle hoc quidẽ:ſed vide ſtatum:nũ mea gratia
Pertimeſcet?Pſe:magis cogito ſæuiter blanditer ne alloquar.
Sed hoc me vetat iã facere:quod fero.ſi qua in hoc ſpes ſitaſt
Mihi vir malus viro optumo obuiam it.
Si. Di te ament pſeudole:ſed in malam crucem.
Pſe. Cur ego me afflictor?Si.quid tu malum ergo in os mihi
Ebrius inructas?Pſe.molliter ſiſte nunc me.caue ne cadam:
Non vides me vt madidus adeam?
Si. Quæ iſta hęc audacia:ſic te ſic interdius cũ corolla ebrium
Incedere?Pſe.lubet.Si.quid lubet?pergin ructare in os mihi?
Pſe. Suauis ruct⁹ mihi ẽ.ſic ſine mõ.Si.credo equidẽ poteſſe te
Scelus maſſici montis vberrumos quattuor fructus ebibere
In hora vna.Pſe.hiberna addito.Si.ſed hic tamen.Pſe.haud
Male mones.Si.vnde onuſtam celocem agere te prædicem?
Pſe. Cũ tuo perpotaui mõ:ſed ſimo vt probe tractus ballio eſt.
Quæ tibi dixi effecta reddidi.Si.derides?peſſumus homo eſt.
Pſe. Mulier hæc facit:cum tuo filio libera accubat.
Si. Omnia vt quidq; egiſti ordine:ſcio.Pſe.quid ergo dubitas
Dare mihi argentum?Si.ius petis:fateor.tene.
Pſe. At negabas daturum eſſe te mihi:tamen das.onera hũc
Hominem:atq; me conſequere.Si.ac ego iſtum onerem?
Pſe. Onerabis ſcio.Si.quid ego huic homini faciã ſtatim vltro.
Et argentum aufert & me irridet.Bal.væ victis.
Pſe. Vorte ergo humerũ hem.Bal.hoc ego nũq̃ ratus ſum
Fore me:vt tibi fierem ſupplex.heu heu.Pſe.deſine.
Bal. Doleo.Pſe.ni doleres tu:ego dolerem.Bal.quid hoc aufers
Nõ pſeudole abs tuo hero?Pſe.lubentiſſimo corde atq; animo.
Bal. Nõ audes q̃ſo aliquã ptem mihi gratiã facere hui⁹ argenti?
Pſ. Nõ me dicis auidũ eẽ hoiem.Bal.nã hoc nũq̃ eris nũmo diui
Pſe. Neq; te mei tergi miſeret:ſi hoc nõ hodie efficiſſem (tior.
Bal. Erit vbi te vlciſcar:ſi viuo.Pſe.quid minitare?habeo
Tergum.Bal.age ſane.Pſe.igitur redi.Bal.quid redeam?

Pſe. Redi modo: non eris deceptus. Bal. redeo. Pſe. ſimul
Mecum potatum. Bal. egone eam? Pſe. fac quod te iubeo.
Si is: aut dimidiũ: aut plꝰ etiã faxo hĩc feres. Bal. ebo duc me q̃ vis.
Pſe. Quid nũc? nũqd iratꝰ es: aut mihi aut filio ꝓpť has res ſimo?
Si. Nihil profecto. Pſe. i hac. Bal. te ſequor: quin vocas
Spectatores ſimul? Pſe. hercle me iſti haud ſolent
Vocare: neq; ergo ego iſtos. verum ſi voltis ad plaudere
Atq; approbare hunc gregẽ & fabulam: in craſtinũ vos vocabo.

## Argumentum in Poenulum Plauti.

PVer ſeptuennis ſurripitur carthaginem.
O ſor mulierum emptum adoptat hunc ſenex
Et facit heredem. eius cognatæ duę
Nutrixq; earum raptę. mercatus lycus
Vexatq; amantem. at ille cum auro villicum
Lenoni obtrudit. ita eum furto alligat.
Venit hanno pœnus. gnatum hunc fratris repperit.
Suaſq; adgnoſcit: quas perdiderat filias.

## Prologus.

AChillem ariſtarchi mihi commentari lubet.
. Inde mihi principium capiam ex ea tragœdia.
Sileteq; & tacete. atq; animum aduortite.
Audire iubet vos imperator hiſtricus.
Bonoq; vt animo ſedeant in ſubſelliis:
Et qui eſurientes & ſaturi venerint.
Qui ediſtis: multo feciſtis ſapientius.
Qui non ediſtis: ſaturi ſite fabulis.
Nam cui paratum ſit quod edat noſtra gratia:
Nimia eſt ſtultitia ſeſſum impranſum incedere.
Exurge præco: fac populo audientiam.
Iamdudum expecto ſi tuum officium ſcias:
Exerce vocem quam per viuis & colis.
Nam niſi clamabis: ſtatim te obrepet fames.
Age nunc reſide: duplicem vt mercedem feras.
Bonum factum eſſe edicta vt ſeruetis mea.
Scortum exoletum nequis in proſcenio
Sedeat ni ve lictor verbum aut virgæ mutiant:
Neu deſignator pręteriens obambulet:
Neu ſeſſum ducat: dum hiſtrio in ſcęna ſiet.

Diu qui domi ocioſi dormierunt: decet
Animo æquo nūc ſtent: vel dormire tēperēt.
Serui ne obſideant: liberis vt ſit locus.
Vel æs pro capite dent. ſi id facere nō queūt:
Domum abeant. vitent ancipiti infortunio:
Ne & hic varientur virgis & loris domi:
Si minus curaſſint: cū heri veniant domum.
Nutrices pueros infantis anniculos
Domi vt procurent: neuq; ſpectatū afferant:
Ne & ipſę ſitiant: & pueri pereant fame:
Neue eſurientes hic quaſi hædi obuagiant.
Matronæ tacitæ ſpectent: tacitę rideant.
Canora hic voce ſua tinnire temperent.
Domum ſermones fabulandi conferant:
Ne & hic viris ſint & domi moleſtiæ.
Quodq; ad ludorum curatores attinet:
Ne palma detur cuiquam artifici iniuria:
Neue ambitionis cauſa extrudantur foras:
Quo deteriores anteponantur bonis.
Et hoc quoq; etiam quod pene oblitus fui:
Dum ludi fiunt: in popinam pediſſequi
Irruptionem facite: nunc dum occaſio eſt.
Nunc dum ſcriblitæ æſtuant: occurite.
Hęc quę imperata ſunt pro imperio hiſtrico:
Bonū hercle factū ꝓ ſe quiſq; vt meminerit.
Ad argumentum nunc viciſſatim volo
Remigrare: vt æqui mecum ſitis
Signatores eius. nunc regiones. limites.
Cōfinia determiabo. ei rei ego ſū factꝰ finitor.
Sed niſi moleſtum ſit: nomē dare vobis volo
Comœdias. ſin odio ſit: dicam tamen
Siquidē licebit per illos: quibus eſt in manu.
Carchedonius vocatur hęc comœdia.
Latine poenulus. patruus pultiphagonides.
Nomen iam habetis. nūc orationes cęteras
Accipite. nā argumentū hoc hic cenſebitur.
Locus argumentoſt ſuum ſibi proſcænium.
Vos viatores eſtis. quæſo operam date.
Carthaginenſes fratres patrueles duo

Fuere ſummo genere & ſummis diuitiis.
Eorum alter viuit:alter eſt mortuus.
Propterea apud vos dico confidentius:
Quia mihi pollinctor dixit:q eū pollinxerat.
Sed illi ſeni quoi mortuus eſt filius
Vnicus qui fuerat ab ductus patre puer
Septuennis ſurripitur carthagine:
Sexennio prius quidē quam moritur pater.
Quom iam periiſſe ſibi videt gnatum vnicū:
Coniicitur ipſe in morbum ex ægritudine:
Facit illū heredem fratrem patruelem ſuum:
Ipſe abiit ad acherontem ſine viatico.
Ille qui ſurripuit puerū : calydonem auehit:
Vendit eum domino hic diuiti cuidam ſeni
Cupienti liberorum oſori mulierum.
Emit hoſpitalē is filium imprudens ſenex
Puerum illum:eumq; adoptat ſibi pro filio:
Eumq; heredem fecit:cum ipſe obiit diem.
Is illic aduleſcens habitat in illiſce ædibus.
Reuertor rurſus denuo carthaginem.
Si quid mandare voltis aut curarier:
Argentum niſi qui dederit: nugas egerit.
Verū q dederit:magis maioris nugas egerit.
Sed illi patruo huius qui viuit ſenex:
Carthaginenſi duæ fuere filię.
Altera quinquennis altera quadrimula
Cum nutrice vna periere. a megaribus
Eas qui ſurripuit: in anactorium deuehit:
Venditq; has omnis & nutricem & virgines
Præſenti argento homini:ſi homo eſt leno:
Quantū hominū terra ſuſtinet ſacerrumo.
Voſmet nunc facite coniecturam cęterum
Quid id ſit hominis:cui lyco nomen ſiet.
Is ex anactorio vbi prius habitauerat
Huc commigrauit in calydona haud diu
Sui quæſti cauſa.is in illis habitat ædibus.
Earū hic aduleſcens alteram efflictim perit
Suam ſibi cognatam imprudens:neq;
Scit quę ſit:neq; eam vnquam tetigit.

Ita eum leno macerat:neq₃ quicquam cum ea fecit
Etiamnum ſtupri:neq₃ duxit vnquam: neq₃
Ille voluit mittere. quia amare cernit:
Tangere hominem volt leno.illam minorem
In concubinatum ſibi volt emere miles quidam:
Qui illam deperit.ſed pater illarum pœnus
Poſtq̃ eas perdidit:mari terra vſquequaq₃ quæritat.
Vbi quamq₃ in vrbem eſt ingreſſus:illico
Omnes meretrices:vbi quiſq₃ habitant:inuenit.
Dat aurum.ducat noctem rogat.poſt vbi
Vnde ſit.cuiatis.capta ne an ſurrupta ſit.
Quo genere nata.qui parentes fuerint.
Ita docte atq₃ aſtu filias quærit ſuas.
Et is omnis linguas ſcit: ſed diſſimulat ſciens ſe
Scire.pœnus plane eſt.quid verbis opuſt.
Is heri huc in portum naui venit veſpere.
Pater harum idem huic patruus adoleſcentulo eſt.
Iam ne hoc tenetis:ſi tenetis: ducite ne dirumpatis.
Quęſo ſinite tranſigi.hē pene oblitus ſū reliquū dicer̄.
Ille qui adoptauit hunc pro filio ſibi:
Illi pœno huius patruo hoſpes fuit.
Is hodie huc veniet:reperietq₃ hic filias:
Et hunc ſui fratris filium: vt quidem didici.
Ego ibi ornabor.vos æquo animo noſcite.
Hic qui hodie veniet: reperiet ſuas filias:
Et hunc ſui fratris filium.dehinc cæterum
Valete.adeſte.ibo.alius nunc fieri volo.
Quod reſtat alii faciant palam.
Valete atq₃ adiuuate:vt vos ſeruet ſalus.

Agoraſtocles aduleſcens.Milphio ſeruus.

SAepe ego res multas tibi mandaui miphio. dubias.egenas.
Inopioſas conſilii:quas tu ſapiēter.docte.& cordate.& cate
Mihi reddidiſti opiparas opa tua:quibus pro bene factis fateor
Deberi tibi & libertatē & multas gratas gratias.Mil.ſcitunſt per
Tempus hoc iā eſt verbū:ſi verbū vetus.nā tuæ blandiciæ mihi ſūt
Quod dici ſolet gerrę germanæ.ædepol lirę liræ.
Nunc mihi blandidicus es.heri in tergo meo tris facile corios
Contriuiſti bubulos.Ag.adamans pamorē ſi quid feci milphio:
Ignoſcere id te mihi æquum eſt.Mil.audi tu magis:

Et ego nūc amore pereo.ſine te verberem item:vt tu mihi feciſti
Ob nullam noxiam:poſt id loquar tu mihi amanti ignoſcito.
Ag. Si tibi lubido eſt aut voluptati:ſino.ſuſpende.vinci.verbera.
Auctor ſum ſino.Mil.ſi auctoritatem poſtea defugeris:vbi
Diſſolut⁹ tu ſis:ego pēdeā.Ag.ego ne iſtuc auſiʒ facerē p̄ſertim tibi?
Quin ſi feriri video te:extemplo dolet.Mil.mihi quidem hercle.
Ag. Immo iſtuc mauelim.Mil.ſed quid nūc tibi vis?Ag.cur ego
Apud te mentiar? amo immodeſte.Mil.meæ iſtuc ſcapulę
Sentiunt.Ag.at ego hanc vicinam dico adelphaſium meam
Lenonis huius meretricem maſculam.Mil.iam pridem equidē
Iſtuc ex te audiui.Ag.differor cupidine eius:ſed lenone iſtoc lyco
Illius domi non lutumſt latulentius.Mil.vin tu illi nequam
Dare nunc? Ag.cupio.Mil.en me dato.Ag.abi dierectus.
Mil. Dic mihi vero ſerio.vin dare malum illi? Ag.cupio.
Mil. Hem eūdem me dato.vtrūq; faxo habebit:& neq̄:& malū.
Ag. Iocare?Mil.vin tu illam hodie ſine damno & diſpendio tuo
Tuam libertam facere? Ag.cupio milphio.Mil. ego faciam vt
Facias.ſūt tibi int⁹ aurei trecēti nūmi philippi? Ag.ſexcēti quoq;.
Mil. Satis ſūt trecēti.Ag.quid iis factur⁹?Mil.tace.totū lenoneʒ
Tibi cum tota familia dabo hodie dono.Ag.quid facturus?
Mil. Iam ſcies.tuus collabiſcus nunc in vrbeſt villicus.cū hic nō
Nouit leno.ſatin intelligis?Ag.intelligo hercle:ſed quo euades
Neſcio.Mi.ñ ſcis?Ag.nō hercl'Mi.at ego iā faxo ſcias ei dabit aurꝫ
Vt ad lenonē adferat:dicatq; ſe peregrinū eſſe ex alio oppido:
Se amare velle:atq; obſequi animo ſuo.locum ſibi velle liberum
Præberier:vbi nequam faciat clam:ne quis ſit arbiter.leno adſe
Accipiet auri cupidus.illico cælabit hominē & aurū.Ag.conſiliū
Placet.Mil.rogato ſeruos venerit ne ad eū tuus.ille me cenſebit
Quęri.continuo tibi negabit.quid tu dubitas:quin extemplo
Duplicet tibi aurum? hominis fur leno ſiet.neq; id vnde efficiat
Habet.vbi in ius venerit:addicet prætor familiam totam tibi.
Ita decepiemus fouea lenonem lycum.Ag.placet conſilium.
Mil. Immo etiā expoliuero magis: hoc cū demū dices:nūc etiā
Rudeſt.Ag.ego in ædem veneris eo: niſi quid vis milphio.
Aprodiſia hodie ſunt.Mil.ſcio.Ag.oculos volo meos delectare
Mūdiciis meretriciis.Mil.hoc primū agam⁹: qđ cōſiliū cœpim⁹.
Abeamus intro:vt collabiſcū villicū hanc perdoceamus vt ferat
Fallaciam.Ag.quanquam cupido verſatur in corde:tamen
Tibi auſcultabo.Mil.faciam vt facto gaudeas.ineſt amoris macula

Huic homini pectore: ſine dãno magno quæ elui neutiq̃ poteſt.
Itaq; hic ſceleſtus eſt homo leno lycus: cui iã infortunii intenta
Balliſteſt probe: quam ego haud multo poſt mittam e balliſtario.
Sed adelphaſiũ eccam exit atq; anteraſtilis. hęc eſt prior quę meũ
Herum dementem facit: ſed euocabo. heus i foras agoraſtocles:
Si vis videre ludos iucũdiſſimos. Ag. qd iſtuc tumultiſt milphio?
Mil. Hẽ amores tuos ſi vis ſpectar̃. Ag. o multa tibi di dẽt bona:
Cum mihi hoc obtuliſti lepidum ſpectaculum.

Adelphaſium. Anteraſtilis meretrices duæ.
Milpho ſeruus. Agoraſtocles adoleſcens.

NEgocii ſibi qui volet vi; comparare: nauẽ & mulierẽ hęc duo
Comparato. nã nullæ magis res duæ plus negocii habent:
Forte ſi occœperis exornare. neq; vnq̃ hæ duę res ſatis ornãtur.
Neq; eis vlla ornandi ſatis ſatietas eſt. atq; hæc vti loquor:
Nũc modo docta dico. nã nos vſq; ab aurora ad hoc quod diei eſt:
Poſtq̃ aurora illuxit: nunq̃ conceſſauimus ex induſtria ambæ
Lauari. aut fricari. aut tergeri. aut ornari. poliri. expoliri. pigi. figi.
Et vna binæ ſingulis quæ datę nobis ancillę: eam nos lauando
Eluẽdo operã dedarant: ad gerũdãq; aquam ſunt viri duo defeſſi.
Apageſis negocii quantũ in muliere vna eſt. ſi vero duæ: ſat ſcio
Maxumo vni populo cui lubet plus ſatis dare potis. ſunt q̃ noctes
Dieſq; in omni ætate ſemp ornãtur. lauãtur. tergentur. poliũtur.
Poſtremo modus muliebris nullus eſt: neq; vnquam lauando
Et fricando ſcimus facere. nam quæ lauata eſt: niſi perculta eſt:
Meo quidẽ animo quaſi inuſta eſt. An. miror equidẽ ſoror te iſtęc
Fabulari: quę tam callida & docta ſis & faceta. nam cum ſedulo
Munuditer nos habemus: vix ægreq; amatorculos inuenimus.
Adel. Ita eſt ver℞. hoc vnũ tñ cogitato. modus oĩb⁊ in reb⁊ ſoror
Optimũ eſt habitu. nimia omnia nimium exhibent negocium
Hominibus ex ſe. An. ſoror cogita amabo item nos perhiberi:
Quaſi ſalſa muriatica eſſe autumantur ſine omni lepore & ſine
Suauitate: niſi multa aqua & diu macerantur: olent. ſalſa ſunt:
Tangere vt nõ velis. item nos ſumus eiuſmodi. mulieres ſunt
Inſulſæ admodum atq; inuenuſtæ ſine mundicia & ſumptu.
Mil. Coq̃ eſt hęc qdẽ agoraſtocles: vt ego opinor. ſcit muriatica
Vt maceret. Ag. quid moleſtus? Adel. ſoror parce amabo.
Sat ẽ iſtuc alios dicere nobis: ne noſmet nr̃a etiã vitia loquamur.
An. Quieſco. Ad. rego amo te. ſed hoc nũc rñde mihi. ſunt hic
Omnia quæ ad deũ pacem oportet adeſſe? An. omnia accuraui.

Ag. Diem pulchrum & celebrem & venuſtatis plenum
Dignum venere pol: cui ſunt aphroſidia hodie.
Mil. Ecqd gratię cũ huc foras te euocaui:iã nũ me decet donari
Cado vini veteris.dic dari.nihil reſpondes?huic excidit
Vt ego opinor.quid hic malum aſtans obticuiſti?Ag.ſine
Amem.ne obturba.tace.Mil.taceo.Ag.ſi tacuiſſes:iam iſtuc
Taceo non natum foret.An.eamus ſoror mea.Adel.oho.amabo
Quid illic nunc properas?An.rogas?quia herus nos apud ędem
Veneris manet.Adel.manet? at pol mane.
Turba eſt nunc apud aram.an ibi vis inter iſtas verſarier
Proſedas.piſtorum amicas.relliquias alicarias?
Miſeras ſchœno delibutas.ſchœnicolas ſordidas?
Quę tibi oleant ſtabulum. ſtratumcꝫ. ſellam & ſeſſibulum merũ.
Quas adeo haud quiſquam vnquam liber tetigit: necꝫ duxit
Domum ſeruulorum ſordidolorum ſcorta diobolaria.
Mil. I in malam crucem.tun audes etiam ſeruos ſpernere?
Propudium.quaſi bella ſit.quaſi eam ipſi reges diſcupiant.
En monſtrum mulieris:tantula tanta verba funditat.
Pro nebulæ.huius ego cyatho ſeptem noctes non emam.
Ag. Dii immortales omnipotentes quid eſt apud vos pulchrius?
Quid habetis:qui mage immortales vos credã eſſe q̃ꝫ ego ſiem?
Qui hęc tanta oculis bona concipio.nam venus non eſt venus.
Hanc equidem venerem venerabor:vt amet ac poſthc propicia.
Milphio heus milphio vbi es? Mil.adſum apud te eccum.
Ag.At ego elixus ſis volo.Mil.eĩ here facis delicias.Ag.de te qdẽ
Hæc didici omnia.Mil.etiam ne vt ames eam:quam nunquam
Tetigeris.nihil illic qdẽſt. Ag.deos q̃cꝫ ædepol & amo: & metuo:
Quibus ego tamẽ abſtineo manus.Adel.heu ecaſtor cũ ornatu ꝫ
Aſpicio noſtrũ:ambarũ pœnitet:exornatæ vt ſimꝰ.An.imo vero
Sane cõmode.nam pro noſtro quæſtu ſatis bene ornatæ ſumus.
Non enĩ poteſt quæſtus iam cõſiſtere: ſi eũ ſumptus ſupat ſoror.
Adel. Eho illud ſatiꝰ. ſit ſatis qđ ſatis eſt: habitus pluiquã ſat eſt.
Ag. Ita me di ament:vt illa me amet malim:quam di milphio.
Nam illa mulier lapidem ſilicem ſubigere vt ſe amet:poteſt.
Mil. Pol id quidem haud mentire.nam tu es lapide ſilice ſtultior:
Qui hanc ames.Ag.at vide ſis.cum illa nunquam limaui caput.
Mil. Curram igitur aliquo ad piſcinam aut lacũ:limum petam.
Ag. Quid eo opus ſit?Mil.ego dicã.vt tibi & illi limem caput.
Ag. I in malã rẽ.Mil.ibi ſũ equidẽ. Ag.pergis.Mil.taceo.Ag.at

Perpetuo volo. Mi. enimuero ęre meo me laceſſis: ludos & delici
An. Satis nūc lepide ornatā credo ſoror te tibi viderier. (as facis.
Sed vbi exempla conferuntur meretricum aliarum: ibi tibi
Erit cordolium: ſi quam ornatam melius forte aſpexeris.
Inuidia in me nunquam innataſt: neq; malicia mala ſoror.
Bono ingenio me eſſe ornatam: q̄ auro multo mauolo.
Aurum in fortuna inuenitur: natura ingenium bonum.
Bonam ego quam beatam me eſſe nimio dici mauolo.
Meretricem pudorem gerere magis decet: q̄ purpuram.
Magis quidem meritricem pudorem q̄ aurum gerere condecet.
Pulchrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt.
Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant.
Ag. Eho vin tu facinus facere lepidum & feſtiuū? Mil. volo.
Ag. Potes ne mihi auſcultari? Mil. poſſū. Ag. abi domū: ac ſuſpē
Mil. Quāobrē. Ag. q̄a nūq̄ audibis verba tot tam ſuauia. (de te.
Quid tibi opuſt vixiſſe: auſculta mihi modo ac ſuſpende te.
Mil. Siquidem tu es mecum futurus pro vua penſilis.
Ag. At ego amo hāc. Mil. a ego eē & biber. Adel. eho. tu q̄d agis?
An. Quid rogas? Adel. viden tu pleni oculi ſordiū q erant: iam
Splendent mihi? An. immo etiā in medio oculo parū ſordis eſt.
Ad. Cedo ſis dextram. Ag. vt tu quidē hui9 oculos ilutis manib9
Tractes aut teras. An. nimia nos ſocordia hodie tenuit.
Ad. Qua de re obſecro? An. quia iā nō dudū ante lucē ad ædem
Veneris venimus: primæ vt inferremus ignem in aram. Ad. ah
Nō factoſt op9: q̄ hn̄t nocturna ora: noctu ſacrificatū ire occupāt
Priuſq̄ expergiſcatur venus: deproperant ſedulo
Sacrificare. nam vigilante venere ſi veniant eæ
Ita ſunt turpes: credo ecaſtor venerem ipſam e fano fugent.
Ag. Milphio ędepol milphionem miſerū. Mil. q̄d nūc vis tibi?
Ag. Obſecro hercle vt mulſa loquitur. Mil. nihil niſi laterculos
Seſumam. papaueremq;. triticum & frictas nuces.
Ag. Ecquid amare videor? Mil. damnum quod mercurius
Minime amat. Ag. nāq; ædepol lucrū amare nullū amatorem
Ad decet. An. eamus mea germana. Adel. ageſis vt lubet.
Sequere hac. An. ſequor. Ag. eunt hæ. quid ſi adeamus?
Mil. Adeas. Ag. primū prima ſalua ſis: & ſecunda tu in ſecundo.
Mil. Salue in p̄cio tertia. An. ſalue extra preciū. Mil. tum pol ego
Et oleū & operam perdidi. Ag. quo te agis? Ad. ego ne? in ædem?
Veneris. Ag. q̄d eo?. Adel. vt venerē propiciē. Ag. ehon irata eſt?

Propitia hercle eſt.vel ego pro illa ſpondeo.Adel.quid tu ais?
Quid mihi moleſt⁹obſecro?Ag.ah tā ſęui ter.Ade.mitte amabo?
Ah.Quid feſtias?turba nūc illic ē.Ade.ſcio ſūt illic aliq̄:q̄s ſpectar
Ego & me ſpectari volo.Ag.q lubet ſpectare turpi⁹ pulchram
Spectādā dare?Adel.quia apud ædem veneris hodie eſt mercatus
Meretricius.eo cōueniunt mercatores.ibi ego me oſtendi volo.
Ag. Inuēdibili merce oportet vltro emptorē adduceř.ꝓba merx
Facile emptorem repperit:tam & ſi in abſtruſo ſita eſt.
Quid ais tu?quādo illic apud me mecū caput & corpus copulas?
Ad.q̄ die horc⁹ ab acherōte mortuos amiſerit.Ag.ſūt mihi int⁹.
Neſcio quot nummi aurei lymphatici.
Mil. Deferto ad me:faxo actutum conſtiterit lymphaticum.
Bellula hercle.Ag.i dierecte in maximam malam crucem.
Mil. Quā magis aſpecto:tā magis eſt nimbata:& nugæ meræ.
Ad. Segrega ſermonem.tędet.Mil.age ſuſtolle hoc amiculum.
Ad. Pura ſum comperta.amabo ne attrectare agoraſtocles.
Ag. Quid agā nūc?Mil.ſi ſapias:curā hāc facere cōpendi potes.
Ag. Quid ego nūc curē q̄d agas milphio?Mil.ecce odium meū.
Quid me vis?Ag.cur mihi hęc irata ē?Mil.cur hæc tibi irata eſt?
Cur ego id curem?namq; iſtæc magis tua eſt curatio?
Ag. Iam hercle tu periſti:niſi illam mihi,tam tranquillam facis
Quā mare eſt olim cum ibi alcedo pullos educit ſuos.Mil.quid
Faciam?Ag.exora.blandire.expalpa.Mil.faciam ſedulo.
Sed videſis ne tu oratorem hunc pugnis plectas poſtea.
Ag. Non faciā.Adel.eamus.nūc etiam morare.Ag.male facis.
Ad. Bene promittis multa:ex multis omnia incaſſum cadunt.
Liberare iurauiſti me haud ſemel ſed decies:dum te expecto.
Neq; vſq; aliam mihi paraui copiam:neq; iſtuc vſq; apparet:
Ita nunc ſeruio nihilominus.i ſoror abſcede tu a me.Ag.perii.
Eho q̄d agis miphio?Mil.mea voluptas.meæ delitiæ,mea vita.
Mea amœnitas:meus ocellus.meum labellum.mea ſalus.meum
Sauiū.meū mel.meū cor.mea colluſtra.meus molliculus caſeus.
Ag.Me ne ego illęc patiar p̄ñte dici?diſcrucior miſer:niſi ego illū
Iubeo quadrigis curſim ad carnificem rapi.Mil.noli amabo
Succenſere hero meo cā mea.Adel.ego faxo.ſine.Mil.irata es ni
Pro te dabit:atq; te faciet vt ſis ciuis attica atq; libera. (mium.
Ad. Quin abire ſinis?q̄d vis tibi?qui beniuolunt:bene viſitent.
Mil. Si ante quidē mentitus ſit:nunc iam dehinc erit tibi verax.
Ad. Abiice te dehinc ſis ſycophanta.Mil.pareo.Ad.at ſcin quō?

Mil. Sine te exorem.ſine te prendā auriculis.ſine dem ſauium.
Iam ego hercule faciā plorantem illum:niſi te Propiciam facio:
Atq; hic me ne verberet.illud faciet niſi te propicipſo.
Maleformido.noui ego huius mores malos. quāobrem
Amabo mea voluptas ſine te exorarier. Ag.non ego homo
Trioboli ſum:niſi ego illi maſtigiæ exturbo oculos atq; dentes.
Hem voluptatem tibi.hem mel.hem cor.hem labellum.hem
Salutem.hem ſauium.Mil.impie ſiccine oratorem verberas?
Iam iſtoc magis etiam ocellum addas & labellum & linguam.
Heo quid facias malo. Ag.ſiccine ego te orare iuſſi. Mil.quomō
Ergo orem? Ag.rogas?ſic enim diceres ſceleſte.huius
Voluptas te obſecro.huius mel.huius cor.huius labellum.huius
Lingua.huius ſauium.huius colloſtra.huius dulciculus caſeus.
Maſtigya.huius cor.huius ſtudium·huius ſauium.maſtigia
Omnia illa quæ dicebas tua eſſe:ea memorares mea.
Mil. Obſecro hercle te voluptas hui⁊.atq; odiū meū.hui⁊amica
Māmeata:mea inimica & maleuola.ocule huius:lippitudo
Mea.mel huius fel meum.vt huic irata ne ſis.aut ſi id fieri non
Poteſt.Ad.capias reſtim ac te ſuſpēdas cū hero & voſtra familia.
Mil. Hem mihi iam video propter te victitandum ſorbilo.
Itaq; iam quaſi oſtreatum tergum vlceribus geſtito
Propter amorem veſtrū.Ade.amabo men prohibere poſtulas:
Ne te verberet magiſq; mendax me aduorſum ſiet?
An. Aliqd huic reſpōde.amabo cōmode:ne icōmod⁊ nobis ſit.
Nā detinet nos de nr̄o negocio.Ad verū etiā tibi hanc remittam
Noxiam vnā agoraſtocles.nō ſum irata.Ag.nō es?Ad.non ſum.
Ag. Da ergo vt credā ſauiū.Adel.mox dabo:cū a b re diuīa redie
Ag. I ergo ſtrēnue.Adel.ſeq̄re me ſoror.Ag.atq; audin ēt (ro.
Veneri dicito multam meis verbis ſalutem.Adel.dicam.
Ag.Atq; hoc audi.Ad.qd ē?Ag.paucis v̄bis rē diuinā facito.atq;
Atq; reſpice.reſpexit.idē pol venerē credo facturā tibi (audi

Agoraſtocles aduleſcens.Milphio ſeruus.

QVid nūc mihi es auctor milphio?Mil.vt me verberes:atq;
Auctionē facias.nā impuniſſime tibi qdem hercle vendere
Haſce ædis licet.Ag.quidiam?Mil.maiorem parte minore
Habitas in ea.Ag.ſuperſede iſtis verbis.Mil.quid nunc vis tibi?
Ag. Trecētos philippeos collabiſco dedi dudū:priuſq; me euo
Nūc obſecro te milphio hāc p dextrā:pq; hāc ſororē (caſti foras.
Lenā:perq; oculos tuos:pq; meos amores.pq; adelphaſiū meam

Perq; tuam libertatē. Mil. hem nunc obſecras? Ag. mi milphi
Diſce mea cōmoditas. mea ſalus fac: qđ facturū te eſſe promiſiſti
Mihi: vt ego hunc lenonem perdam. Mil. perfacile id quidem eſt.
Adduc teſtis tecū: ego intus interim iam & ornamentis meis
Et ſycophantiis tuum exornabo villicū. propera atq; abi.
Ag. Fugio. Mil. meum eſt iſtuc magis officium q̄ tuum.
Ag. Ego nę: ſi iſtuc lepide & faxis. Mil. i modo. Ag. vt non
Ego te hodie. Mil. abi modo. Ag. emittam manu. Mil. i modo.
Non hercle mæream. Ag. oh. Mil. vah abi modo. Ag. quantum
Acherunteſt mortuorū. Mil. etiā ne abis? Ag. neq; quantum eſt
Aqua in mari. Mil. abiturus ne es? Ag. neq; nubes quantum eſt.
Mil. Pergi pergere? Ago. neq; ſtellæ i cęlo. Mil. p̄gi aures tūdere?
Ag. Neq; huc neq; illuc. neq; ei vero ſerio neq; hercle vero. Mi.
Opus ē verbis? q̄ppini qđ vno verbo dicere hic qđ vis licet. (qđ
Ag. Neq; hercle vero ſerio. ſci quō: ita me dii amabūt vim bona
Dicam fide: quod hic inter nos liceat. ita me iupiter: ſcin quam?
Vide tu. credin: quod ego fabuler? Mil. ſi nequeo facere vt abeas:
Ego met abire volo. nam iſti quidem hercle orationi œdippo
Opus ē cōiectore: q ſphyngi interpres fuit. Ag. illic hinc iratus
Abiit. nunc mihi cautio eſt: ne mea culpa meo amori obiexim
Moram. ibo atq; arceſſam teſtis: quando amor iubet
Me obedientem eſſe ſeruo liberum.

Lycus leno. Antamonedes miles.

OI illū infœlicitent omnes: qui poſt hūc diem leno vllā veneri
Vnq̄ immolarit hoſtiam: qui ve vllum thuris granum
Sacrificauerit. nam ego hodie infœlix dis meis iratiſſumis
Sex immolaui agnos: nec potui tamen propiciam venerem
Facere: vti eſſet mihi: quoniam litare nequeo. abii illinc illico
Iratus. vetui exta proſecarier. neq; ea aſpicere volui: quoniam
Non bona haruſpex dixit. deam eſſe indignam credidi.
Eo pacto auaræ veneri pulcre adii manum: quando id
Quod ſat erat: ſatis habere noluit. ego pauſam feci. ſic ago.
Sic me decet. ego faxo poſthac di deæq; cæteri contemptiores
Mage erūt: atq; auidi minus: cū ſcibūt veneri vt adierit leno manū
Cōdigne haruſpex nō homo trioboli: omnibus in extis aiebat
Portendi mihi malum damnūq;: & deos eſſe iratos mihi.
Qui dei diuini aut humani æquum ſic credere. mina mihi
Argenti dono poſtilla data eſt. ſed quæſo vbi nam illic reſtitit
Miles modo: qui hāc mihi donauit? quē ego vocaui ad prandium.

Sed eccum incedit a[illegible]tamenides. An. ita vt occœpi dicere.
Lenule de illac pugna pentethronica: qua ſexaginta hominum
Vno die euolatico[illegible]um manibus occidi meis. Ly. euolaticorum
Hominum? An. ita dico quidem eſt. Ly. an obſecro vſquam
Sunt homines volatici? An. fuere: verum ego interfeci.
Ly. Quomodo potuiſti? An. dicam. viſcum legioni dedi
Fundaſq;: dos proſternebam vt folia farfari. Ly. cui rei?
An. Ne adfundas viſcus adhçreſceret. Ly. perge optume hercle
Periuras. qui poſtea? An. in fundas infundebam grandiculos
Globos. ego illos volantis iuſſi funditarier. quid multa
Verba? quem quem viſco offenderant: tam crebi ad terram
Decidebant: quam pira. vt quiſq; ceciderat: eum necabat illico.
Per cerebrũ pinna ſuta: ſic quaſi turturem. Ly. ſi hercle iſtuc
Vnq̃ factum eſt: tum me iupiter faciat: vt ſemper
Sacruficem: nec vnq̃ litem. An. an mihi hęc non credis?
Ly. Credo: vt mihi eſt æquum credere. An. age eamus intro: dũ
Exta referuntur. volo narrare tibi etiam vnam pugnam.
Ly. Nihil moror. An. auſculta. nam hercle tuum iam
Elidam caput niſi auſcultas: aut is in malam crucem.
Ly. Malam crucẽ ibo potius. An. certum ne eſt tibi? Ly. certum.
An. Tum tu igitur die bono aphrodiſiis addice tuam mihi
Meretricem minuſculam. Ly. ita res diuina mihi fuit: res ſerias
Omnis extollo ex hoc die in alium diem. profecto feſtos habe[illegible]
Decretum eſt mihi. nunc hinc eamus intro. ſequere hac me.
An. Sequor. in hunc diem iam tuus ſum mercenarius.

Agoraſtocles aduleſcens. Aduocati.

ITa me di ament tardo amico nihil eſt quicquam inæquius
Præſertim homini amanti: qui quidquid agit: properat oĩa.
Sicut ego hos duco aduocatos homines ſpiſſigradiſſimos:
Tardiores quam corbitę ſunt in tranquillo mari. atq;
Equidem hercle dedita opera amicos fugitaui ſenes: ſciebam
Aetate tardiores. metui meo amori moram: ne quicq̃ hos
Procos mihi elegi: loripedes: tardiſſimos: qui ſi ituri eſtis hodie:
Ite: aut ite hinc in malam crucem. ſiccine oportet ire amicos
Homini amanti operam datum? nam iſte quidem gradus
Succretuſt cribro polinario: niſi cum pedicis condidiciſtis
Occraſſari gradu. Ad. heus tu: quanq̃ nos videmur tibi plebei
Et pauperes: ſi nec recte dicis nobis diues de ſummo loco: diuitẽ
Audacter ſolemus mactare infortunio. nec tibi nos obnoxii

Sumus.iſtuc quid tu ames aut oderis.cum argentum pro capitē
Dedimus:noſtrū dedimus non tuum.liberos nos eſſe oportet.
Nos te nihili pēdimus:ne tuo nos amori ſeruos tuos eē addictos
Cenſeas.liberos homines per vrbē modico magis par eſt gradu
Ire:ſeruile eſſe duco feſtinantem currere:preſertim in re populi
Placida atqꝫ interfectis hoſtibus non decet tumultuari.
Sꝫ ſi ꝓꝑabas magis:pridie nos te aduocatos huc duxiſſe oportuit.
Ne tu opinere:haud quiſq̃ꝫ hodie noſtrum curret per vias:
Neqꝫ nos ppl̕us ꝓceritis inſectabit lapidibꝰ.Ag.at ſi ad prādium
Me in ędē vos dixiſſe ducere:viceretis ceruū curſu vel gralatorem
Gradu.nūc vos qa mihi aduocatos dixi & teſtis adducere:poda-
Eſtis:ac viciſtis cochleā tarditudīe.Ad.at vero nō iuſta cāē (groſi
Quo curratur celeriter:vbi bibas edas de alieno quantum velis
Vſqꝫ adfatim:qđ tu inuitus nūq̃ꝫ reddas domino de quo ederis.
Sed tamen quomodocūqꝫ quanq̃ꝫ ſumus pauperculi:
Eſt domi quod edimus:ne nos tam contemptim conterās.
Quidquid eſt pauxillulum illuc noſtrum:id omne intus eſt:
Neqꝫ nos quenq̃ꝫ flagitamus.neqꝫ nos quiſq̃ꝫ flagitat.
Tua cauſa nemo noſtruſt ſuos rupturus ramices.
Ag. Nimis iracundi eſtis equidem.hæc vobis dixi per iocum.
Ad. Per iocum item dictū hēto:quæ nos itidem reſpondimus.
Ag. O ſecro hercle operam celocē hanc mihi:ne corbitam date.
At trepidate ſaltem:nam vos adproperare haud poſtulo.
Ad. Si quid tu placide ocioſeqꝫ agere vis:operam damus.
Si properas:curſores meliuſt te aduocatos ducere.
Ag. Scitis.rem narraui vobis:quod veſtra opera mihi opus ſiet
De lenone hoc:qui me amantem ludificatur tam diu.
Ei paratæ vt ſint inſidiæ de auro & de ſeruo meo.
Ad. Oīa iſtęc ſcimus.iā nos ſibi ſpectatores ſciant horū hinc.
Nunc cauſa agitur:hæc ſpectatorum fabula hoſce ſatius eſt
Docere:vt quando agas:quid agant ſciant:nos tu ne curaſſis.
Scimus rem omnem.quippe omnes ſimul didicimus:tecum
Vna vt reſpondere poſſimus tibi.Ag.ita profecto eſt.ſed agite.
Igr̄ vt ſciā vos ſcire rē expedite:& mihi q̄ dudū vobis dixi:dicite.
Ad. Ita ne tentas:an ſciamus non meminiſſe noſtra:
Quomodo tercētos philippeos colabiſco villico dederis:quos
Deferret huc ad lenonem inimicū tuū:iſqꝫ ſe vt aſſimularet
Peregrinū eſſe aliūde ex alio oppido.vbi is detulerit:tuo eo q̄ſitū
Seruum aduentes tuum cū pecunia.Ag.meminiſtis memoriter.

Seruaſtis me͂. Ad. ille negabit. milphionem quæri cenſebit tuum.
Adduplicabit omne furtum. leno addicetur tibi. ad eam rem
Nos eſſe teſtis vis tibi. Ag. tenetis rem. Ad. vix quidem hercle
Ita pauxilla eſt digitulis primoribus. Ag. hoc cito & curſim eſt
Agendum: properate iam quantum poteſt. Ad. bene vale igitur.
Te aduocatos melius celeris ducere: tardi ſumus nos.
Ag. Optime iſtis. peſſume hercle dicitis. quinetiā deciderīt vobis
Flemina ī talos velim. Ad. at ędepol nos tibi in lumbos linguam
Atq; oculos in ſolum. Ag. eia haud voſtrum eſt iracundos eſſe:
Quod dixi ioco? Ad. nec tuum quidem eſt amicis per iocum
Iniuſte loqui. Ag. mittite iſtęc. quid velim vos ſcitis.
Ad. Callemus probe. lenonem periurum vt perdas: id ſtudeas.
Ag. Tenetis rē. ecce opportūe egrediūtur milphio vna & villicus
Baſilice exornatus incedit & fabre ad fallaciam.
Milphio ſeruꝰ. Collabiſcꝰ villicꝰ. Agoraſtocles adule. Aduocati.
IAm tenes ꝑcepta in corde. Col. pulchre. Mi. vide ſis calleas.
Col. Quid opus ē verbis? callū aprugnū callere æq; nō ſinā.
Mil. Fac modo vt cōducta tibi ſint dicta ad hanc fallaciam.
Col. Quin ædepol indoctior ſum: quam in tragœdia comici.
Mil. Probus homo eſt. Ag. adeam: propius adſunt teſtes.
Mil. Tot qdē ñ potuiſti adducere hoīes magis ad hāc rē idoneos.
Nam iſtorum nullus nefaſtuſt. comitiales ſunt meri.
Ibi habitabant. ibi eos conſpicias q̄ prætorem ſæpius.
Hodie doctiores non ſunt qui lites creant: q̄ hi ſunt. qui
Si nihil eſt litium: lites ſerunt. Ad. di te perdant.
Mil. Vos quidem hercle cōmendo: quom quiquī tamen
Et bene & benigne facitis: quom hero amanti operam datis.
Sed iſti iam ſciunt negocii quid ſit? Ago. omnem ordinem.
Tum vos animum aduorti te igitur. hunc vos lenonem lycum
Nouiſtis. Ad. facile. Col. at ego pol eum qua ſit facie neſcio.
Eum volo mihi demōſtretis hominem. Ad. nos curabimus.
Satis præceptum. Ago. hic trecentos nūmos numeratos habet.
Ad. Ergo nos inſpicere oportet iſtuc aurum agoraſtocles:
Vt ſciamus qd dicamus mox ꝓ teſtimonio. Ago. agite. inſpicite.
Aurum eſt. Col. profecto ſpectatores comicum. macerato hoc
Pingues fiunt auro in barbaria boues: verum ad hanc rem
Agundam philippeum eſt. Ad. ita nos aſſimulabimus.
Col. Sed ita aſſimulatote: quaſi ego ſim peregrinus.
Ad. Scilicet: & quaſi tu nobiſcum quid aduenieus hodie

Orateris: liberum vt commoſtraremus tibi locum &
Voluptarium: vbi amans poſſes pergrecari.
Mil. Heu ædepol mortales malos. Ago. ego eni docui. Mil. qs re
Porro? Col. agite intro abite agoraſtocles: ne hic vos
Mecum conſpicetur leno: neu fallacię præpedimentum
Obiiciatur. Mil. hic homo ſapiēter ſapit. Ago. facite quod iubet.
Abeamus. ſed vos ſatis dictunſt. Col. abi. Ago. abeo. quæſo dii
Mortales. Col. quin abis? Ago. abeo. Mil. ſapis.
Col. Pli, tace. Ad. quid eſt? Col. fores hę fecerūt magnū flagiciū
Modo. Ad. quid eſt flagiciū? Col. crepuerunt clare. Ad. di te
Perduint. pone nos recede. Col. fiat. Ad. nos priores ibimus.
Col. Faciunt ſcurrę quod cōſueuerūt: pone ſeſe homines locāt.
Ad. Illic homo eſt qui egreditur leno. Col. bonus eſt. nā ſimilis
Malus eſt. iam nunc ego illi egrediendi ſanguinē exugā procul.

Lycus leno. Aduocati. Collabiſcus villicus.

IAm iſtuc ego reuortar miles. cōuiuas volo reppire nobis
Cōmodos. vna ſient. interibi attulerunt exta: atq; eadem
Mulieres iam ab ire diuina credo apparebunt domi. ſed quid
Huc tantum hominum incedunt? ecquid nam afferunt?
Et ille chlamydatus quiſnam eſt: qui ſequitur procul
Aetolica veſte? Ad. ſalutamus lyce: quāquā hanc ſalutē ferimus
Inuiti tibi: & quāquam bene volumus leuiter lenonibus.
Ly. Fortunati omnes ſitis: quod certe ſcio nec fore & fortunā id
Si ſaturam fieri. Ad. iſtic eſt theſaurus ſtultis in lingua ſitus:
Vt quæſtui habeant male loqui melioribus. viam qui neſcit qua
Deueniat ad mare: eum oportet amnem quærere comitem ſibi.
Ly. Ego male loquēdi vobis neſciui viā: nūc vos mihi amnes eſtis.
Vos certum eſt ſequi. ſi bene dicetis. voſtra ripa vos ſequar.
Si maledicitis: voſtro gradiar limite. Ad. malo bene facere tātūdē
Eſt periculum: quantum bono malefacere. Ly. qui vero?
Ad. Scies. malo ſi qd benefacias: id beneficiū iterit. bono ſi quid
Malefacia: ęstatē expetit. Ly. facete dictū. ſed quid iſtuc ad me
Attinet? Ad. quia nos honoris tui cauſa huc ad te venimus.
Quāquam bene volumus leuiter lenonibus.
Ly. Si quid boni apportatis: habeo gratiam. Ad. boni de nr̄o tibi
Nec ferius nec dam⁹ tibi neq; pollicēur: neq; adeo volum⁹ datū.
Ly. Credo hercle vobis: ita veſtra benignitas. ſed qd nūc vultis?
Ad. Hūc chlamydatū quē vides: ei mars irat⁹ eſt. Ly. capite vr̄o
Iſtuc quidem. Ad. hunc nunc lyce ad te diripiendum adducimus

Cum prẹda.hic hodie incedit venator.domum canes compellunt
In plagas lepide.Ly.quis hic eſt? Ad.neſcimus nos iſtum
Quidem qui ſiet:niſi dudũ a mane vt ad portũ proceſſimus: atq;
Iſtũ e naui exeuntẽ oneraria vidimus:adiit ad nos exẽplo exiens.
Salutat:reſpondemus.Col.mortales malos.vt ingrediũtur docte
In ſycophantiã.Ly.qd deinde? Ad.ſermonẽ nobiſcũ ibi copulat.
Ait ſe peregrinũ eſſe huius ignarũ oppidi:locũ ſibi velle liberum
Præberier:vbi nequam faciat.nos hominẽ ad te adduximus.
Tu ſi te di amẽt:agere tuã rẽ occaſio eſt.Ly.ita ne ille eſt cupiens?
Ad. Aurũ habet. Ly.prẹda hẹc mea eſt. Ad.potare amare volt.
Ly. Locum lepidum dabo. Ad.at enim hic clam furtim eẽ volt:
Nequi ſciant:ne ve arbiter ſit.nam hic latro in ſparta fuit:
Vt quidem ipẽ nobis dixit apud regẽ attalum.inde nũc aufugit:
Quoniã capitur oppidũ.Col.nimis lepide de latrone de ſparta
Optume. Ly.di deæq; vobis multa bona dent:cum mihi & bene
Præcipitis:& bonã prẹdam datis. Ad.immo vt ipſe nobis dixit:
Quo accures magis:trecẽtos nũmos philippeos portat:prẹ ſibi:
Ly. Rex ſum:ſi ego illũ hodie ad me hoiem allexero. Ad.qn hic
Quidem tuus eſt. Ly.obſecro hercle:hortamini vt deuortatur
Ad me in hoſpitiũ optumũ. Ad.neq; nos hortari neq; dehortari
Decet hominem peregrinum.tuam rem tu ages:ſi ſapis.
Nos tibi palumbẽ ad aream vſq; adduximus.nũc te illum melius
Capere:ſi captũ eẽ vis. Ly.iã ne itis? Col.qd quod vobis mãdaui
Hoſpites? Ad.cum illoc te melius tuam rem aduleſcens loqui
Illic es:ad iſtas res ꝓbus quas quẹritas. Col.videre equidem vos
Vellẽ cũ huic aurũ darẽ. Ad.illinc ꝓcul nos iſtuc inſpectabimus.
Col. Bonã dediſtis mihi operã. Ly.it ad me lucrũ. Col.illď qdẽ?
Quorſum aſinus cædit calcibus. Ly.blãde hominẽ compellabo.
Hoſpes hoſpitẽ ſalutat.ſaluũ te aduenire gaudeo. Col.multa tibi
Di dent bona:cũ me ſaluũ eẽ vis. Ly.hoſpiciũ te aiunt quæritare.
Col. Quæro. Ly.ita illi dixerunt:qui hinc a me abierunt:modo
te quæritare a muſcis. (um quærerem:
Col. Minime gentiũ. Ly.qd ita? Col.qa a muſcis ſi mihi hoſpiti
Aduenĩens huc ire in carcerem recta via.ego id quẹro hoſpitiũ:
Vbi ego curer mollius:q̃ regi antiocho curari ſolet.
Ly. Aedepol næ tibi poſſum illũ feſtiuũ dare.ſiqdem potes eſſe
Pati in lepido loco:in lecto lepide ſtrato:lepidam mulierem
Complexum contractare. Col.is leno viam. Ly.vbi tu
Leucadio.leſbio.thaſſio.choo.vetuſtate vino edentulo ætatem

Inriges: ibi te replebo vſqꝫ vnguentum egeumatis.
Quid multa verba faciam? vbi tu laueris: ibi vt balneator faciat
Vnguentariam. ſed hęc latrocinantur quę ego dixi omnia.
Col. Quid ita? Ly. quia aurū poſcūt pręſetariū. Col. quin hercle
Accipere tu non mauis ꝙ ego dare. Ly. quin ſequere me intro.
Col. Duc ergo me intro. addictū tenes. Ad. quid ſi euocem? foras
Huc agoraſtoclem: vt ipſe teſtis ſit ſibi? certi ſumus:
Heus tu qui furem captas: egredere ocyus:
Vt tu te inſpectes aurum lenoni dare.

Agoraſtocles adoleſcens. iidem.

QVid eſt quid vultis teſtes? Ad. ſpecta ad dexteram. tuus ſeruꝰ
Aurum ipſi lenoni dabat. Col. age accipe hoc ſis. hic ſunt
Numerati aurei trecenti nummi: qui vocantur philippi.
Hinc me procura. propera. hoſce abſumi volo. Ly. ædepol feciſti
Prodigum promum tibi. age. eamus intro. Col. te ſequor.
Ly. Age age ambula: ibiqꝫ reliqua alia fabulabimur. Col. equidē
Narrabo tibi res ſpartiaticas. Ly. quin ſequere me ergo.
Col. Abduc intro. addictū tenes. Ago. quid nunc mihi auctores
Eſtis? Ad. vt frugi ſies. Ago. quid ſi animus eſſe non ſinit?
Ad. Eſto vt ſinit. Ago. vidiſtis leno cū aurꝝ accepit? Ad. vidimus.
Ago. Eū vos eſſe meū ſeruū ſcitis? Ad. ſcimus. Ago. rē aduerſus
Populi eſſe leges? Ad. ſciuimus. Ago. hem iſtęc volo ergo vos
Commeminiſſe omnia mox: cum ad prætorem vſus veniet.
Ad. Meminimus. Ago. quid ſi recentir ædis pultem? cenſeo:
Si pultem non recludet. Ad. pedem frangito. Ago. ſi exierit
Leno: cēſetis hoīem interrogē: meꝰ ſeruꝰ ſi ad eū venerit: nec ne?
Ad. Quippini. Ago. cū auri ducētis nūmis philippis? Ad. q̄ppini.
Ibi extēplo leno errabit. Ago. qua de re? Ad. rogas? quia centum
Nummis minus dentur. Ago. bene putaſſis. alium cenſebit
Quæritari. Ad. ſcilicet extemplo denegabit.
Iuratus quidem homo furti ſe adſtringit. Ago. haud dubium
Id quidem quantum ad eum erit delatum.
Ad. Quippini. Ago. dieſpiter vos perduit. Ad. te quippini.
Ago. Ibo & pultabo ianuam. Ad. ita quippini. Ago. tacēdi tp̄s
Eſt. nam crepuerunt fores. foras egreditur. Ad. vide lenonem
Lycum. Ago. adeſte quæſo. Ad. quippini ſi voles: operire capita
Ne nos leno viderit: qui illi male rei ante fuimus inlices.

Lycus leno. Agoraſtocles. Aduocati.

SVſpēdāt omnes nūc ſe iam haruſpices. quid ego illis poſthac-

Quod loquantur credam: qui in re diuina dudū dicebant mihi
Malum damnūq; maximum portendier.is explicaui meam
Rē poſtilla lucro. Ago. ſaluꝰ ſis leno. Ly. di te amēt agoraſtocles.
Ago. Magis me benigne nūc ſalutas: q̄ antidhac. Ly. trāqllitas
Euenit quaſi naui in mari. vtcūq; eſt vētus: exin velum vortitur.
Ago. Valeāt apud te quos volo: atq; haud te volo. Ly. valeāt vt
Poſtulatum eſt: verum non tibi mitti a me ſi audies hodie
Adelphaſium tuam die feſto celebri nobiliq; aphrodiſiis.
Ago. Calidū prandidiſti prandium hodie dic mihi? Ly. quid iam?
Ago. Quia hoc nunc frigefactas cum rogas. hoc age ſis leno
Seruum eſſe audiui meum apud te. Ly. apud me? nunquam
Factum reperies. Ago. mentire. nam ad te venit: aurumq; attulit:
Ita mihi renunciatū eſt: quibus credo ſatis. Ly. malus es. captum
Me aduenis cum teſtibus. tuorum apud me nemo: necquicq̄ tui.
Ago. Mementote illuc aduocati. Ad. meminimus.
Ly. Ha ha he. iā teneo quid ſit. perſpexi modo. hi qui illū dudum
Conciliauerunt mihi peregrinum ſpartanum: id nunc hoſce
Credo auditum me eſſe hos trecentos philippo facturum lucri.
Nunc hunc inimicum quia eſſe ſciuerunt: mihi eum
Adlegauerunt: ſuum qui ſeruum diceret cum auro
Eſſe apud me. compoſita eſt fallacia: vt eo me priuent:
Atq; inter ſe diuidant. lupo agnū eripere poſtulant. nugas agūt.
Ag. Negas ne apud te eſſe aurū: nec ſuū meū? Ly. nego. & negādo
Siquid refert: aio. Ad. periſti leno. nam iſte eſt huius villicus:
Quē tibi nos eſſe ſpartiatē diximus: qui ad te trecētos philippos
Modo detulit. idq; in iſtoc adeo aurum ineſt marſupio.
Ly. Væ veſtræ ætati. Ad. id quidem nunc eſt tuæ.
Ago. Age omitte actutum furcifer marſupium. manufeſto
Fur es. mihi quęſo hercle operam date: dum me videatis ſeruum
Ab hoc abducere. Ly. nunc pol ego perii. certo haud arbitrario
Conſulto hoc factum eſt: mihi vt inſidiæ fierent. ſed quid ego
Dubito fugere hinc in malam crucem: priuſquam obtorto collo
Ad prætorem trahor. heheu q̄ ego habui hariolos haruſpices:
Qui ſi quid boni promittunt: pro ſpiiſſo euenit.
Id quod mali promittunt: præſentarum eſt. nunc ibo.
Amicos conſolā: quo me mō ſuſpēdere æquū cēſeant potiſſimū.

Agoraſtocles aduleſcēs. Collabiſcus villicus. Auocati.

AGe tu progredere: vt teſtes videant te ire iſtinc foras.
Eſt ne hic ſeruus meꝰ? Col. ſum me hercle vero agoraſtocles.

Ag. Quid nunc ſceleſte leno? Ad. qui cum litigas: abſceſſit.
Ag. Vtinā hinc abierit in malā crucē. Ad. ita nos velle æquū eſt.
Ag. Cras ſuſcribam homini dicam. Col. nunquid abſcedam?
Ag. Sumas ornatum tuum. Col. non ſum nequicquam miles
Factus: paulum prædę intus feci: dum lenonis familia
Dormitat. extis ſum ſatur factus probe. abſcedam hinc intro.
Ag. Factum a vobis comiter. bonā dediſtis aduocati operā mihi.
Gras mane quæſo in comitio eſtote obuiam. tu ſequere me
Intro. vos valete. Ad. & tu vale. iniuriam illic inſignite poſtulat.
Noſtro ſibi ſeruire nos cenſet cibo. verum ita ſunt iſti nrī diuites.
Siquid bene facias: leuior pluma eſt gratia. ſiquid peccatuſt:
Plumbeas iras gerunt. domos abeamus noſtras ſultis nūc iam:
Quando id quod ire operam dedimus: imperauimus:
Vt perderemus corruptorem ciuium.

Milphio ſeruus.

EXpecto quo pacto meę technę proceſſurę ſient: ſtudeo hūc
Lenonem perdere: vt meum herum miſerum macerat.
Is me autem porro verberat. incurſat pugnis. calcibus.
Seruire amanti miſeria eſt/ præſertim qui quod amat:
Caret. at at fano recipere video ſe ſynceraſtum
Lenonis ſeruum. quid habeat ſermonis auſcultabo.

Synceraſtus, Milphio ſerui duo.

SAtis ſpectatum eſt deos atq; homines eius negligere gratiam:
Cuiuſmodi her? & cōſimiles: velut ego habeo nūc huiuſmōi.
Neq; periurior neq; peior alter vſquam eſt gentium:
Quam herus meus eſt. neq; tam luteus: neq; tam cœno cōlitus.
Ita me di ament: vel in latomiis vel in piſtrino mauelim
Agere ætatem præpeditus latera forti ferro:
Quam apud lenonem hūc ſeruitutem colere. quid illuc eſt gen?!
Quæ illic hominum corruptelłę fiunt? di voſtram fidem
Quod vis genus ibi hominū videas: quaſi acherūtem veneris.
Equitem. peditem. libertinum. furem ad fugitiuum velis
Verberatum. vinctum: addictū: qui habet quod det: vt homo eſt.
Omnia genera recipiuntur. itaq; in totis ædibus
Tenebræ. latebrę. bibitur. eſitur quaſi in popina. haud ſecus
Ibi tu videas litteratas epulas. pice ſignata nomina inſunt
Cubitū longis litteris. ita vinariorū habemus nrǽ delectū domi.
Mil. Oīa ædepol mira ſūt: ne ſi her? hūc hęredē facit. nā id quidē
Ille meditatur. verba facit emortuo: & adire lubet hominem.

Equidem nimis eum auſculto libens.Sy.hæc cum hic video
Fieri:crucior preciis emptos maximis apud nos expeculiatos
Seruos fieri ſi.ſed ſi,vixeris : ad poſtremũ nihil appet:male partũ
Male diſperit.Mil.proinde habet orationem:quaſi ipſe ſit
Frugi bonę:qui hercle ipſus ignauiorem potis eſt facere ignauiã.
Sy. Nunc domum hęc ab æde veneris refero vaſa:vbi hoſtiis
Herus nequiuit propiciare venerem ſuo feſto die.
Mil. Lepidam venerẽ.Sy. nam meretrices noſtræ primis hoſtiis
Venerem placauere extemplo.Mil.o lepidam venerem denuo.
Sy. Nũc domum ibo.Mil.heus ſynceraſte.Sy.ſynceraſtum qui
Vocat?Mil.tuus amicus.Sy. haud amice facis:cui cum
Onere offers moram.Mil.at ob hanc rem tibi reddam
Vbi voles:vbi iuſſeris.Sy.habe rem pactam:ſi futurũ:ſi do tibi
Operam hanc modo.Mil.vt enim vbi mihi vapulandum eſt:
Tu corium ſufferas.Sy.apage neſcio quid viri ſis.
Mil. Malus ſum.Sy.tibi ſis.Mil.te volo.Sy.at onus vrget.
Mil. At tu appõe:& reſpice ad me.Sy.fecero.quãq̃ haud ociũ ẽ.
Mil. Saluos ſis ſynceraſte.Sy.o milphio di omnes deęq̃ ament.
Mil. Quemnã hominẽ?Sy.nec te milphio neq̃ herũ meũ adeo.
Mil. Quẽ ament igitur?Sy.aliquẽ. nã noſtrorũ nemo dign9 eſt.
Mil. Lepidum eloquere me decet.quid agis?Sy.facio quod
Manifeſto hi mœchi haud ferme ſolent.Mil.quid id eſt?
Sy. Refero vaſa ſalua.Mil.di te & tuum herum perduint.
Sy. Me non perdant:illum vt perdant:facere poſſim ſi velim.
Meum herum vt perdant hei mihi metuam milphio.Mil.quid
Id eſt?cedo.Sy.malus es.Mil.malus ſum.Sy.male mihi eſt.
Memorandũ eſſe aliter decet.Mil.qd eſt qđ male ſit?cui id omẽ ſit
Qđ edis: qđ ames affatim.neq̃ tribolũ vllũ amicę das:& ductas
Gratis.Sy.dieſpiter me ſic amabit.Mil.vt qdẽ ædepol dignus es.
Sy. Vt ego hãc familiã interire cupio.Mil.adde operam ſi cupis.
Sy. Sine pennis volare haud facile ſt.meę alę pennas non habẽt.
Mil. Nolito ædepol deuelliſſe.iã his duob9 menſib9volucres tibi
Erunt hircinę.Sy.i in malam rem.Mil.i tu atq̃ herus.
Sy. Verũ enim qui homo cũ norit:cito homo pręuorti poteſt.
Mil. Quid iam?Sy.quaſi tu tacere quicquam potis ſis rectius.
Mil. Tacitus tibi reſiſtam: quam quod dictum eſt male mulieri.
Sy. Animum inducam facile:vt tibi iſtuc credam:ni te nouerim.
Mil. Crede audecter meo periculo.Sy.male credã:& credã tamẽ.
Mil. Scin tu herũ tuum meo hero eſſe inimicũ capitalẽ?Sy.ſcio.

Propter amorē.Mil.oēm operam perdis.Sy.quid iam? Mil.quia
Doctum doces.quid ergo dubitas:quin lubenter tuo hero
Meus quid poſſiet facere:faciat male eius merito? tum autem
Si quid tu adiuuas: eo facilius poterit facere.Sy.at ego hoc
Metuo milphio.Mil.quid eſt quod metuas?Sy.dū hero inſidias
Parem:ne a te perdiar:ſi herus meus me eſſe loquutum cuiquam
Mortali ſciat:continuo is me exſynceraſtum fecerit.
Mil. Nunquam ædepol mortalis quiſquam fiet me certior:
Niſi hero meo vni indicaſſo:atq; ei quoq; vt non enunciet
Id eſſe facinus ex te ortum.Sy.male credam.& credam tamen.
Sed hoc tu tu tecū tacitum habeto.Mil.fidei non melius creditur.
Loquere.locus occaſioq; eſt libere.hic ſoli ſumus.Sy.herus ſi tuꝰ
Volet facere frugem:meum herum perdet.Mil.qui id poteſt?
Sy. Facile.Mil.fac ergo id facile noſcam:vt ille poſſit noſcere.
Sy. Quia adelphaſiū q̄ herꝰ deamat tuꝰ: īgenua ē.Mil.quomō?
Sy. Eodē quo ſoror illius altera anteraſtilis.Mil.ſed q id credam?
Sy. Quia illas emit in anactorio paruulas.
Mil. Quāti? Sy.duo de viginti minis de ꝑdone ſiculo.Mil.quāti?
Sy. Duo deuiginti minis.Mil.duas illas?Sy.nutricē earū tertiam.
Et ille qui eas vēdebat:dixit ſe furtiuas vēdere: īgenuas carthagie
Aiebat eſſe.Mil.di voſtrā fidem nimiū lepidū memoras facinus.
Nam herus meus agoraſtocles ibidē gnatus: inde ſurruptus fere
Sexennis.poſt ibi qui eum ſurripuit:huc deuexit: meoq; hero
Eū hic vēdidit.is in diuitias homo adoptauit hūc: cū diē obiit ſuū.
Sy.Oia memoras: q̄d facilꝰ fiat māu eas aſſerat ſuas popularis
Liberali tacitus cauſa.Mil.tace modo.profecto adincitas lenonē.
Rediget:ſi eas abduxerit.quin prius diſperibit faxo: q̄ vnam
Calcem ciuerit: ita paratū eſt.Sy.ita di faxint:ne apud lenonem
Hūc ſeruiam.Mil.qui hercle cōlibertus meus faxo eris:ſi di volēt.
Sy.Ita di faxīt.nūc qd aliud memorare milphio?Mil.valeas bn̄q;
Vt tibi ſit.Sy.pol iſtuc tibi & tuo hero eſt in manu.vale.& hæc
Cura clanculum vt ſint dicta.Mil.non dictum eſt.vale.
Sy. At enī nihili eſt:niſi dū calet.hoc agitur.Mi.lepidꝰ cōmones.
Et ita hoc fiet.Sy.proba materieſt:ſi probum adhibes fabrum.
Mil.poti vt taceas?Sy.taceo atq; abeo.Mi.mihi ꝯmoditates creas
Illic hinc abiit.di immortales meum herum ſeruatum volunt:
Et hunc diſperditum lenonem.tantum eum inſtat exitii.
Satine priuſquam vnum ſit iniectum tælum: tum inſtat alterum.
Ibo intro:hęc vt meo hero memorē.nā huc ſi ante ædes ſeuocē:

Quę audiui modo:nunc ſi eadem hic item inſcitiaſt.
Hero vni potius intus ero odio:q̃ꝫ hic ſim omnibus vobis.
Di immortales quanta aduenit calamitas
Hodie ad hunc lenonem.ſed ego nunc cur me morer.
Id negocium inſtitutum:ſi non datur ceſſatio.nam & hoc nocte
Conſulendum:quod bono concreditunſt:& illud autem
Inferendunſt conſilium vernaculum memor ſim
Qui malam rem mihi det: merito fecerit.
Nunc intro ibo.dum herus adueniat a foro:opperiar domi.

Hanno pœnus loquitur punice.

NY thalonim valon vth ſi corathiſſima comſyth
Chim lachchunyth mumys tyal mycthibarii imiſchi
Lipho canet hyth bynuthii ad ædin bynuthii.
Byrnarob ſyllo homalonin vbi miſyrthoho
Bythlym mothyn noctothii velechanti damaſchon
Yſſidele brin thyfel yth chylys chon.them liphul
Vta.bynim yſdibur thynno cuth nu agoraſtocles
Ythe maneth ihy chirſæ lycloth ſith naſo
Bynni id chil luhili gubulin laſibit thym
Bodyalyt herayn nyn nuys lym monchot luſim
Exanolim volanus ſuccuratim miſtim atticum eſſe
Concubitum a bello cutin beant lalacant chona enus es
Huiec ſilic panaſſe athidmaſcon alem induberte felono buthume
Celtum comucro lueni.at enim auſo vber hent hyach ariſtoclem
Et te ſe anechc naſoctelia elicos alemus duberter mi cõps veſpti
Aodeanec lictor bodes iuſſum limnimcolus.
Deos deaſqꝫ venero:qui hanc vrbem colunt.vt quod de mea re
Huc veneri te venerim:meaſqꝫ vt gnatas & mei fratris filium
Reperirem.eſiritis.di voſtram fidem quæ mihi ſurreptæ ſunt.
Et fratris filium:qui mihi antehac hoſpes antimadas fuit.
Eum feciſſe aiunt:ſibi quod faciundum fuit eius filium
Hic prædicant eſſe agoraſtoclem.deum hoſpitalem ac teſſeram
Mecum fero.in hiſce habitare monſtratuſt regionibus.
Hos percontabor: qui huc egrediuntur foras.

Agoraſtocles. Milphio. Pœnus.

AIn tu tibi dixiſſe ſynceraſtũ milphio:has eſſe igenuas ambas
Surruptitias carthaginenſis? Mil.aio.& ſi frugi eſſe vis:
Eas liberali iam adſerere cauſa manu.nam tuum flagitiumſt tuas
Popularis te pati ſeruire ante oculos:domi quæ fuerunt liberæ.

Pœ. Proh dii immortales obſecro voſtrā fidē.certa eſt pfecto hoꝝ
Hominū oratio:quam orationem hanc aures dulce deuorant.
Vt mihi abſterſerunt omnem ſorditudinem.Ag.ſi ad eam rem
Teſtis habeam:faciam quod iubes.Mil.quid tu mihi teſtis?
Quin.tu inſiſtis fortiter?aliqua fortuna fuerit adiutrix tibi.
Ag. Incipere multo eſt:ꝙ̄ impetrare facilius.Mil.ſed quæ nam
Illæc auis eſt: quæ huc cum tunicis aduenit?nunnam a balineis
Circunductus pallio facis quidem ædepol:
Seruos quidem ædepol antiquoſq; habet.Ag.qui ſcis?
Mil. Viden hoīs ſarcinatos cōſeq : atq; vt opior digitos ī manibꝰ
Non habent.Ag.quid iam?Mil.quia incedunt cum anulatis
Auribus.adibo: atq; hoſce appellabo punice.ſi reſpondebunt
Punice:pergam loqui.ſi nō: tū ad horū mores linguā deuortero.
Quid ais?ecquid commeminiſti punice?Ag.nihil ædepol.
Nā qui ſcire potui dic mihi: qui illinc ſexēnis perierim carthagīe.
Pœ. Proh di immortales plurimi ad hunc modum
Periere pueri liberi carthagine.Mil.quid tu ais tu?Ag.quid vis?
Mil. Vin appellē hūc punice?Ag.an ſcis?Mil.nullus me eſt pœnꝰ
Punior.Ag.adi atq; appella q̊d velit: qd venerit.qui ſit.cuiatis.vn̄
Sit.ne parſeris.Mil.aio.cuiates eſtis:aut quo ex oppido?
Pœ. Anno muthum balle baccha edre anech.Ag.quid ait?
Mi.hānonē ſeſe ait carthagīe carthaginēſē muthū ballis filiū.mīſ.
Pœ. Vo.Mil.ſalutat.Pœ.domni.Mil.doni.vult tibi dare hinc
Neſcio qd audi pollicerier.Ag.ſaluta hūc rurſus pūice v̄bis meis
Mil. Auo nōne.hic mihi tibi inqt verbis ſuis.Pœ.me barbocca.
Mil. Iſtuc ſit tibi potiꝰ ꝙ̄ mihi.Ag.qd ait?Mil.miſerā eſſe p̄dicat
Buccam ſibi: fortaſſe medicos nos eſſe arbitratur.Ag.ſi eſt: nega
Eſſe.nolo ego errare hoſpitem.Mil.auditu rufen vnco iſtam.
Ag. Sic volo profecto vera cūcta huic expedierier.roga nunquid
Opus ſit?Mil.tu qui zonam non habes:qd in hāc veniſtis vrbem
Aut quid quæritis?Pœ.muphurſa.Ag.quid ait? (dicat
Pœ.Moinlec hiāna.Ag.qd venit?Mi.nō audis?mures africanos p̄
In pōpā ludis daī velle edilibꝰ.Pœ.lalech labchana ni liminichor
Ag. Quid nūc ait?Mil.lingulas canalis ait ſe aduexiſſe & nuces.
Nunc orat operā vt des ſibi:vt ea veneant.Ag.mercator credo ē.
Pœ. Iſam.Mil.arbinam quidem.Pœ.palum erga decha.
Ag.milphio qd nūc ait? Mil.palas vēdūdas ſibimet mergas datas:
Vt hortū fodiat:atq; vt frumentū metat ad meſſim credo miſſus
Quidem tuam.Ag.quid iſtuc ad me?Mil.certiorem te eſſe volui:

Ne quid clam furtiue accepiſſe cenſeas.
Pœ. Muphonnium ſucoram. Mil. hem caue. ſi feceris
Quod hic te orat. Ag. quid ait? aut quid orat? expedi.
Mil. Sub cratim: vt iubeas ſe ſupponi: atq; eo
Lapides imponi multos: vt ſeſe neces.
Pœ. Gunebel balſamen earſan. Ag. narra quid eſt?
Quid ait? Mil. non hercle nunc quidem quicquam ſcio.
Pœ. At vt ſcias nunc. dehinc latine iam loquar.
Seruum hodie te eſſe oportet: & nequam & malum hominem
Peregrinum atq; aduenam qui inrideas. Mil. at hercle te
Hominem & ſycophantã & ſubdolum: qui huc aduenisti nos
Captatum migdilia biſulci lingua: quaſi proſerpens beſtia.
Ah. Maledicta hinc aufer: linguam compeſcas. tace maledicere.
Huic tu tẽperabis: ſi ſapis. meis cõſanguineis nolo te iiuſte loqui.
Carthagini ego ſum gnatus: vt ſis ſciens. Pœ. o mihi popularis
Salue. Ag. & tu ædepol quiſquis es: & ſiquid opus eſt quæſo:
Dic atq; impera popularitatis cauſa. Pœ. habeo gratiam.
Verum ego hic hoſpitem vnum habeo antidamæ filium
Quęro commoſtretis. nouiſtis agoraſtoclem?
Ag. Sed ecquem adoleſcentem tu hic nouiſti agoraſtoclem?
Siquidẽ antidamarchi quæris adoptaticiũ. ego ſum ipſus: quem
Tu quæris. Pœ. hem quid ego audio? Ag. antidame gnatum
Me eſſe. Pœ. ſi ita eſt: teſſaram confer ſi vis. hoſpitalẽ eccam attuli.
Ag. Agedum huc oſtende. eſt par probe. nam abeo domum.
Pœ. O mi hoſpes ſalue multũ. nã mihi tuus pater: pr̃ tuus ergo
Hoſpes antidamas fuit. hæc mihi hoſpitalis teſſera cum illo fuit.
Ag. Ergo hic apud me hoſpitiũ tibi p̃bebitur. nã haud repudio
Hoſpitium neq; carthaginem. inde ſum oriundus.
Pœ. Di dent tibi oẽs quę velis. Mil. quid ait? qui potuit fieri vt
Carthagini gnatus ſis? hic autem habuiſti ętolum patrem?
Ag. Surrupt⁹ ſum illic. hic me antimadas hoſpes tu⁹ emit: & is
Me ſibi adoptauit filiũ. Pœ. demarcho itẽ ipſe fuit adoptatitius.
Sed mitto de illo. ad te redeo. dic mihi: ecquid meminiſti tuum
Parentum nomina? Ag. patris atq; matris memini.
Pœ. Memoradum mihi ſi noui forte: aut ſi ſunt cognati mihi.
Ag. Ampſigura mater mihi fuit. iachon pater. Pœ. patrem atq;
Matrem viuerent vellem tibi. Ag. an mortui ſunt? Pœ. factum.
Quod ægre tuli. nam mihi ſobrina ampſigura tua mater fuit.
Pater tuus is erat frater patruelis meus: & is me hæredem fecit:

Cum ſuum obiit diem: quo me priuatum ægre patior mortuo:
Sȝ ſi ita ē: vt tu ſis lachonis fili⁹: ſignum eſſe opȝ in manu leua tibi
Ludēti puero: quod memordit ſimia. oſtēde. inſpice. iam aperi.
Audi atq̧ ades. Ag. mi patrue ſalue. Poe. & tu ſalue agoraſtocles.
Ag. Iterū mihi gnatus videor: qd' te reppi. Mil. pol iſtā rē vobis
Bene eueniſſe gaudeo: & te moneri nonne vis? Poe. ſane volo.
Mil. Paterna oportet reddi filio bona. ęquū ē habere hūc bona:
Quę poſſedit pater. Poe. haud poſtulo aliter. reſtituētur omnia.
Suam rem ſibi ſaluā ſiſtā: ſi illo aduenerit. Mil. facito ſis reddas:
Et ſi hic habet tn̄. Poe. qn mea q̧q̧ iſte habebit: ſi qd de me fuat.
Mil. Feſtiuū facinus venit mihi in mētē modo. Poe. quid id eſt?
Mil. Tua eſt opus opa. Poe. dic mihi quid lubet? profecto vteris
Vt voles operā meam. quid eſt negocii? Mil. potin fieri ſubdol⁹?
Pœ. Inimico poſſum: amico inſipiētia eſt. Mil. inimicus hercle
Huius. Pœ. male faxim lubens. Mil. amat a lenone hic. Pœ. facit
Sapiēter puto. Mi. leno habitat hic vicin⁹. Pœ. male faxim lubēs.
Mil. Ei duæ puellę ſūt meretrices ſeruulę ſorores. earū hic alterā
Efflictim perit: neq̧ eam inceſtauit vnquam. Pœ. acerba
Amatio eſt. Mil. hunc leno ludificatur. Pœ. ſuum quæſtum colit.
Mil. Hic illic malā rē dare volt. P. frugi ſi id facit. Mil. nunc hoc
Conſilium capio: & hanc fabricam apparo: vt te allegemus.
Filias dicas tuas. ſurruptaſq̧ eſſe paruulas carthagine:
Manu liberali cauſa ambas aſſeras: quaſi filiæ tuæ ſint ambę.
Intelligis? Pœ. intelligo. nam mihi item gnatæ duę
Cum nutrice vna ſurruptę ſunt paruulę. Mil. lepide hercle?
Adſimulas. iam in principio id mihi placet. Pœ. pol. magiſquam
Vellem. Mil. heu hercle mortalem catum malum crudumq̧
Et olidum & ſubdolum: vt adflet quo illud geſtu faciat
Facilius. me quoq̧ dolis iam ſuperat architheconem.
Pœ. Sed earum nutrix qua ſit facie mihi expedi. Mil ſtatura
Haud magna corpore aquilo. Pœ. ipſa eaſt. Mil. ſpecie
Venuſta ore atq̧ oculis pernigris.
Pœ. Formam quidē hercle verbis depinxiſti mihi. Mil. vin eam
Videre? Pœ. filias malo meas. ſed i atq̧ euoca illam: ſi eę
Meæ ſunt filiæ. ſi illarum eſt nutrix: me continuo nouerit.
Mil. Heus ecquis hic eſt. nunciate: vt ꝓdeat foras giddeneme. eſt
Qui illam conuentam eſſe vult.

Giddeneme nutrix. Hanno poenus. Milphio ſeruus.

Quis pultat? Mil. qui te proximus eſt. Gid. quid uis? Mil. eho

Nouiſtin tu illunc tunicatum hominem qui ſiet?Gid.nam quem
Ego aſpicio? proh ſupreme iupiter herus meus hic quidem eſt
Mearum alumnarum pater hanno carthaginenſis.
Mil. Ecce autem mala.pręſtigiator hic quidē poenus prob⁹ eſt.
Perduxit omnis ad ſuam ſententiam.Gid.o mi here ſalue hanno
Inſperatuſſime mihi tuiſq; filiis ſalue. atq; eo
Mirari noli neq; me contemptarier.cognoſcin giddenemen
Ancillā tuam?Poe.noui.ſed vbi ſunt meæ gnatæ? id ſcire expeto.
Ag. Apud ædem veneris.Poe.quid ibi faciunt dic mihi?
Ag. Aphrodiſia hodie veneris eſt feſtus dies.oratū ierūt deam:vt
Sibi eſſet propitia.Gid.pol ſatis ſcio impetrauerūt: quādo hic hic
Adeſt.Ag.eo an huius ſunt illæc filiæ?Gid.ita vt prędicas.
Tua pietas nobis plane auxilio fuit:cū huc aduenisti hodie in ipo
Tempore.namq; hodie earum mutarentur nomina:facerentq;
Indignum genere quæſtum corpore.haudones.illi huuon
Bene ſi illi in muſtine me ipſi.& eneſte dum & alamna ceſtinum.
Ag. Quid illi locuti ſūt īter ſe dic mihi?Mil.matrē hic ſalutat ſuā.
Hæc antē hunc filium.Poe.tace atq; parce muliebri ſupellectili.
Ag. Quæ ea eſt ſupellex.Poe.clarus clamor.ſine modo
Tu abduc has intro: & vna nutricem ſimul iube abire hanc ad te.
Ag. Fac quod imperat.Mil.ſed quis illas tibi mōſtrabit?Ag.ego
Doctiſſime.Mil.abeo igr̄.Ag.facies modo q̄ memores maueli:
Patruo aduenienti coena curetur volo.Poe.lachanam vos quos.
Mi.Ego iā detrudā ad molas.ide porro apđ puteū: atq; ad robu(ſtū
Codicem:ego faxo hoſpitium hoc leniter laudabitis.
Ag. Audin tu patrue. dico ne dictū neges.tuā mihi maiorē filiā
Deſpondeas.Poe.pactam rem habeto.Ag.ſpondes ne igitur?
Poe. Spondeo.Ag.mi patrue ſalue.nam nunc es plane meus.
Nunc demum ego cum illa fabulabor libere: nunc patrue ſi vis
Tuas videre filias:me ſeq̄re.Poe.iādudū eqdē cupio: & te ſequor.
Ag. Quid ſi eam⁹ illis obuiā?Poe.at ne īter vias p̄biterā metuo.
Magne iupiter reſtitue certas mihi ex incertis nunc opes.
Ag.Ego quidē meos amores mecū confido fore.ſed eccas video
Ipſas.Poe.hæccine ſunt meę filię?quātę e quātulis iam ſunt factę.
Ag. Scin quid eſt? theoræ ſunt.coelum ne ſuſtolli ſolent.
Mil. Opinor hercle hodie quod ego dixi per iocū: id vēturū eē
Et ſeuerum & ſerium:vt hæ inueniantur hodie eſſe huius filiæ.
Ag. Pol iſtuc quidē iam certum eſt:tu iſtos milphio abduce
Intro.nos haſce hic præſtolabimur.

Adelphaſium Anteraſtilis meretrices duæ.
Agoraſtocles aduleſcens. Hanno pœnus.

EVit hodie operepreciū ei⁹:q amabilitati animū adiiceret:
Oculis epulas dare. delubrū q hodie ornatū eo viſere venit
Deamaui ecaſtor. illic ego hodie lepidiſſima munera meretricū
Digna diua venuſtiſſima venere: neq̧ cōtempſi eius opes hodie:
Tanta ibi copia venuſtatum aderat in ſuo quæq̧ loco ſita munde
Arabius murrhinuſq̧ omnis odor complebat. haud
Sordere viſus eſt feſtus dies venus: nec tuum fanum: tantus ibi
Clientarū erat numerus: quæ ad calydoniam venerant venerem.
Certo enim quod quidē ad nos duas attinuit: prępotētes pulchrę
Satiſq̧ pollentes ſoror fuimus. neq̧ ab iuuentute ibi in ridiculo
Habitæ: qđ pol ſoror cęteris oibus factū eſt. An. malim iſtuc
Aliis videatur: q̄ȝ vti tute ſoror collaudes. Ad. ſpero equidem
Vt pol ego cum ingeniis quibus ſumus atq̧ aliæ cognoſco:
Eo ſumus gnatæ genere: vt deceat nos eſſe a culpa caſtas.
Pœ. Iupiter q genus colis aliſq̧ hoim p quē viuimus vitalē euū:
Quē penes ſpes vitę ſunt hoim oim: da diem hūc ſoſpitē queſo
Rebus mis agundis: & quib⁹ annos multos carui: quaſq̧ patria
Perdidi paruas: redde his vbertatē: inuictę p̄miū vt eē ſciā pietati.
Ag. Oīa faciet iupiter faxo. nā mihi eſt obnoxius: & me metuit.
Poe. Tace q̄ſo. Ag. næ lachryma patrue. At. vt volupeſt hoī mea
Soror ſi qđ agit: cluet victoria. ſicut hodie nos īter alias p̄ſtitim⁹
Pulcritudine. An. ſtulta ſoror es magis q̄ȝ volo. an vero pulchra
Videre obſecro: ſi tibi illic non os oblitum eſt fuligine.
Ag. O patrue o patrue mi patruiſſime. Pœ. q̄d ē fris mei gnate?
Quid vis expedi. Ag. at enim volo hoc agas. Pœ. at enim ago
Iſtuc. Ag. patrue mi patruiſſime. Poe. qd eſt? Ag. ē lepida & lauta
Vt ſapit. Poe. ingenium patris habet: quod ſapit.
Ag. Quę res iamdiu ædepol ſapientiā tuā equidem abuſa eſt:
Nunc hinc ſapit. hinc ſentit. quidquid ſapit meo amore.
Ad. Non eo ſumus genere prognatę: tā & ſi ſumus ſeruę ſoror:
Vt deceat facere nos quicquam: qđ homo quiſquam irrideat.
Multa ſūt mulierū vitia: ſed hoc ē multis maximū ē cū ſibi nimis
Placent: nimiſq̧ operā vt placeāt viris nimiæ voluptati eſt. quod
In extis noſtris portentū eſt ſoror: quodq̧ haruſpex de ambab⁹
Dixit. Ag. velim de me aliqd quod dixerit. Ad. nos fore inuito
Dn̄o noſtro diebus paucis liberas. id ego niſi quid di aut parentes
Faxint: quid ſperem haud ſcio. Ag. mea fiducia hercle haruſpex

Patruelis promiſit ſcio libertatem: quia me amare hanc ſcit.
Ad. Soror ſequere hac. An. ſequor. Pœ. priuſquã abierint ſi vis:
Clama has. Ag. niſi piget cõſiſtite. Ad. quis reuocat? Ag. qui bene
Volt vobis facere. Ad. facere occaſio eſt. ſed quis homo eſt?
Ago. Amic9 vobis. Ad. qui quidẽ inimic9 nõ eſt: bon9 ẽ hic hõ.
Ago. Mea voluptas. Ad. pol iſtam malim: ꝙ̃ malũ. Ag. ſi quidẽ
Amicicia eſt habenda: cum hoc habendum eſt. Ad. haud precor.
Ag. Multa bona vobis facere vult. Ad. bon9 bonis benefecerit.
Pœ. Gaudio ero vobis. Ad. at ædepol nos voluptati tibi.
Pœ. Libertatiq;. Ad. iſto ꝑcio tuas nos facił feceris. Ag. patrue mi
Ita me di amabunt: vt ego ſi ſim iupiter: iam hercle ego
Illam vxorem ducam: & iunonem extrudam foras. vt pudice
Verba fecit cogitate & cõmode: vt modeſte orationem præbuit.
Certo hæc mea eſt: ſed vt aſtu ſum adgreſſus eas. Pœ. lepide
Hercle atq; commode. perge etiam tenta. rem in pauca confer.
Sitiũt qđ ſedent. Ag. quid iſtic. qđ faciundũ eſt: cur non agimus?
Illi9 os volo nũc tene patrue. Pœ. tu frugi ſi bonæ es. Ag. vin ego
Hãc adprehendã? Ad. an patru9 eſt agoraſtocles tuus hic? (ſpõſa.
Ag. Iã faxo ſcibis. nũc pol ego te viciſcar ꝓbe: nã faxo mea eris
Pœ. Ite in ius ne moramini. anteſtare me: atq; duce. Ag. ego
Te anteſtabor: poſtea hanc amabo: atq; amplexabo. ſed illud
Quidem volui dicere: immo dixi hercle quod volebam.
Pœ. Moramini. in ius vos voco. niſi honeſtiuſt prehendi.
Ad. Quid in ius vocas nos? quid tibi debemus? Ag. dice illi.
Ad. Etiam ne me ad latrant canes? Ag. ac tu hercle adludiato:
Dato mihi pro offa ſauium. pro oſſe linguam obicito. ita hanc
Canem faciam tibi oleo tranquilliorem. Pœ. ite ſcitis.
Ad. Quid nos fecim9 tibi? Pœ. fures eſtis ambæ. Ad. nos ne tibi?
Pœ. Vos inquã. Ag. atq; ego ſcio. Ad. quid furti eſt id. Ag. hũc
Rogato. Pœ. quia annos multos filias meas cælauiſtis clam me
Atq; equidem ingenuas liberas ſummoq; genere gnatas.
Ad. Nunquam me caſtor reperies tu iſtuc probrum penes nos.
Ag. Da pignus ni nunc periures ſauium vter vtri det.
Ad. Nihil tecũ ago. abſcede obſecro. Ag. atq; hercł mecũ agẽdũ ẽ.
Nam hic patru9 meus eſt. pro hoc mihi patronus ſim neceſſe eſt:
Et prædicabo quo modo vos furta faciatis multa. quoq; modo
Huius filias apud vos habeatis ſeruas: quas vos ex patria liberas
Surruptas eẽ ſcitis. Ad. vbi ſũt eę? aut q̃s obſecro. ſatis iã maceratę?
Pœ. Quin eloq̃r. Ag. cẽſeo ergo patrue. Ad. miſera timeo qd hoc

Sit negocii mea ſoror:ita ſtupida ſine aīo aſto.Pe.aduortite aīum
Mulieres primū:ſi id fieri poſſit ne īdigna īdignis di darēt: id ego
Euenire vellem.nūc quod boni mihi di dāt:vobis voſtræq; matri
Eas dis ē ęquū grās nos agere ſēpiternas:cū nra; pietatē ap ꝓbāt.
Decorātq; di īmortales.vos meę eſtis ambę filię: & hic cognat⁹ vr̄
Huiuſce frīs fili⁹.Ad.amabo nū hi falſo oblectāt gaudio nos? Ag.
Ita di ſeruēt: vt hic pr̄ eſt vr̄.date man⁹.Ad.ſalue īſpate (at me
Nobis pr̄.te ꝯplecti nos ſine.Pœ.ne cupite atq; expectate.An.pr̄
Ambę filię ſum⁹.āplectamur ambę.Ag.qs me āplectetur (ſalue
Poſtea?Pœ.nūc ego ſum fortunat⁹.multoꝝ annoꝝ miſerias nūc
Hac voluptate ſedo.Ad.vix hoc videmur credere.Pœ.magis quī
Credatis dicā.nā voſtra nutrix ꝑmū me cognouit.Ad.vbi amabo
Pœ.Apđ hūc ē.Ad.q̄ſo q lubet tā diu tenere collū ꝑuſquā te (cē?
Mihi deſponderit.Ag.omitto.Ad.ſperate ſalue.omitte ſaltē vna
Liceat.nolo ego iſtuc enica me cōdam⁹ alter alterū.ego in neruū
Brachialē: quib⁹ nūc in terra meli⁹ eſt?Ag.eueniūt digna dignis.
Tandem huic cupitum contigit.o apella zeuxis pictores
Cur nūero eſtis mortui: hic exēplū vt pigeretis. nā alios pictores
Nihil moror huiuſmodi tractare exempla.Pœ.di deæq; omnes
Vobis habeo merito magnas grās: cū hac me læticia tātā & tātis
Affeciſtis gaudiis: vt meæ gnatæ ad me redirēt in poteſtatē meā.
Ad.Mi pr̄ tua pietas plāe nobis auxilio fuit.Ag.patrue facito ī me
Hēas:tuā maiorē filiā mihi te deſpōdiſſe.Pœ.memini ⊂moriā
Ag. Et dotis quid promiſeris.

Antamenides miles iidem.

SI ego minā nō vltus fuero probe: quā lenoni dedi:tū ꝑfecto
Me ſibi habeāt ſcurrę ludificis caueis.etiā me ad prandiū ad ſe
Adduxit ignauiſſimus:ipſe abiit foras.me reliqt ꝑ atriēſi in ędib⁹:
Vbi nec leno neq; illæ redeūr.nec qđ edā quicq; datur promere
Parte prandii,pignus cepit.abiit foras.ſic dedero ex re militari
Tetigero.lenūcul⁹ nact⁹ ē hoiem:mina quē argēti circūduceret.
Sed mea amica nunc mihi irato obuiam venire velim.
Iam pol ego illam pugnis totam faciam: vt ſit merulea:
Ita replebo atritate:atrior.multo vt ſiet quam ægyptii:aut qui
Cortinam ludis per circum ferunt.An.tene ſis me arcte mea
Voluptas.male ego metuo miluos.mala illa beſtia ē:ne forte mē
Auferat pullum tuum.vt nequeo ſatis ſte complecti mi pater.
Ant.Ego m̄ moror ꝓpemodū.hoc obſōare prādiū potero mihi.
Sed quid hoc eſt?quid hoc?qd hoc eſt?qd ego video?,quo modo?

Quid hoc eſt conduplicationis?quæ hęc eſt congeminatio!
Quis hic homo eſt cum tunicis longis:quaſi puer cauponius?
Satin ego oculis cerno?eſt ne illęc mea amica anteraſtilis?
Et ea eſt certo.iam pridem ego me ſenſi nihili pendier.
Non pudet puellam amplexari baiiolum in media via?
Iam hercle ego illum excruciandum totum carnufici dabo.
Sane genus hoc mulieroſum eſt tunicis demiſiciis.
Sed adire certū eſt hanc.ad amatricē aphricam.heus tu tu tibi
Dico tu mulier.ecqd te pudet? qd tibi negocii ãt ē cū iſtoc dic mihi
Pœ. Adoleſcēs ſalue.Anta.nolo:nihil ad te attinet.quid tibi hāc
Digito tactio eſt?Pœ.quia mihi lubet.Anta.lubet?Pœ.ita dico.
Anta. Ligula i in malā crucē.tu ne amator audes eſſe hallex viri?
Aut cōtrectare:qđ mares hoīes amant?de glupta.mena.ſarapis.
Semicinctium.maſtruga.halagoras.amantu autem plenior
Allii vlpici:quam romani remiges? Ago.nunc tibi adoleſcens
Malę an dētes pruriūt:qui huic es moleſtus? an malā rem q̄ritas?
Cur nō adhibuiſti dū iſtæc loquereris:tympanum:nam te cinędū
Eſſe arbitror magis q̄ꝫ virum.An.ſcin q̄ꝫ cinędus ſum?
Ite iſtinc ſerui foras.efferte fuſtis.Ago.heus tu ſi quid per iocum
Dixi:nolito in ſerium conuertere.An.quid tibi lubido ē obſecro
Antamenides loqui inclemēter noſtro cognato & patri? nam hic
Noſter pater eſt.hic nos cognouit modo:& hunc ſui fratris filiuꝫ.
An. Ita me iupiter bñ amet:benefactū gaudeo:& volupeſt mihi:
Si quid lenoni obtigit magni mali:cumq̄ꝫ e virtute vobis fortūa
Obtigit.Adel.credibile ecaſtor dicit.crede huic mi pater.
Pœ. Credo.Ago.& ego credo.ſed eccum lenonē lycū bonū virū
Eccum video:ſe recipit domum.Pœ.quis hic eſt?vtrum is
Eſt & lēo lycꝰ? Ago.ī ſuitute hic habuit duas filias tuas:& mihi hic
Auri fur eſt.Pœ.bellum hominē quem noueris.Ago.rapiamus
In ius.Pœ.minime.Ago.qua propter?Poe.quia
Iniuriarum multam dici ſatius eſt.

Lycus leno.Agoraſtocles.Hanno.Antamenides.Miles.
DEcipitur nemo quidē mea ſententia:qui ſuis amicis
Narrat recte res ſuas.nā oībꝰ amicis meis id demū cōuenit:
Vt me ſuſpēdam:ne addicar agoraſtocli.Ago.leno eamus in ius.
Ly. Obſecro te agoraſtocles:ſuſpēdere vt me liceat.Poe.lēo ī iuſ
Te voco.Ly.quid tibi mecum autem?Poe.quia haſce liberas
Ingēuaſq̄ꝫ eē filias ambas meas:q̄ ſūt ſurruptę cū nutrice puulæ.

Ly. Iampridē equidē iſtuc ſciui:& miratus fui neminē venire:q̄
Iſtas adſereret manu.meæ quidem profecto non ſunt. An.leno
In ius eas.Ly.de prandio tu dicis.debetur.dabo. Ago.duplum
Pro furto mihi opus eſt.Ly.ſume hinc qdē.Pœ.& mihi ſuppliciis
Multis.Ly.ſume hinc quid lubet.An.& mihi quidem
Minam argenti.Ly.ſume hinc quid lubet.
Collo rem ſoluam iam omnibus quaſi baiolus.
Nunquid recuſas cōtra me? Ago.aduerſum quidē.ite igr̄ intro
Mulieres.ſed patrue mihi tuā:vt dixiſti mihi:deſponde filiam.
Pœ. Haud aliter auſim.An.bn̄ vale.Ago.& tu bn̄ vale. An.leno
Arabonē hoc pro mina mecum fero.Ly.perii hercle.Ago.immo
Haud multo poſt in ius veneris.Ly.q̄n egomet tibi me addico.qd
Prætore opus eſt?verum obſecro te: vt liceat ſimplum ſoluere
Trecentos philippos.credo conradi poteſt.cras auctionem faciā.
Ago. Tantiſper quidē vt ſis apud me lignea in cuſtodia.Ly.fiat.
Ago. Sequere intro patrue mi:vt hūc feſtū diē habeamus hilarē
Huius malo & bono noſtro. multū valete. multa verba fecimus.
Malum poſtremo omne ad lenonem redit.nunquid poſtremū eſt
Condimentum fabulæ:ſi placuit plauſum poſtulat comœdia.

Agoraſtocles.Lycus leno.Hanno.Adelph.
Anteraſtilis.Antamenides.

QVam rē agit miles?qui lubet patruo meo loqui inclimenter?
Ne mirere mulieres qd' eum ſequuntur:mō cognouit filias
Suas eſſe has ambas.Ly.hem quod verbum auris meas
Tetigit.nunc perii.vnde hæ perierunt.Ago.domo.
Carthaginenſes ſunt.Ly.at ego ſum perditus.illuc ego metui
Semper:ne cognoſceret eas aliquis:quod nunc factum eſt.
Væ miſero mihi.periere opinor duo deuiginti minæ:
Qui haſce emi.Ago.& tu ipſe periſti lyce.carthaginenſes ſunt.
Ly. At ego ſum perditus.Pœ.quis hic eſt?vtrum is eſt?
Nouelle nouellicus in ſeruitute filias habuit duas.Ago. & mihi
Auri fur eſt.Pœ.bellum hominem quem noueris.leno
Rapacem te eſſe ſemper credidi:verum etiam furacem
Qui norunt magis.Ly.accedam.per ego te tua te genua obſecro
Et hunc cognatum:quem tuum eſſe intelligo:quādo boni eſtis:
Vt bonos facere addecet:facite: & veſtro ſubueniatis ſupplici.
Iampridem iſtas ſciui eſſe liberas:& expectabam ſi quis
Eas aſſereret manu.nā meæ prorſum nō ſūt.tū autē tuum aurum
Reddam;quod apud me eſt:& iuſiurandū dabo me malitioſe

Nihil feciſſe agoraſtocles. Ag. quod mihi par facere ſit: inde tamē
Egomet conſulam. omitte genua. Ly. mitto ſi ita ſententia eſt.
Ago. Heus tu leno. Ly. quid lenonem vis inter negocium?
Ago. Vtinā mihi argentum reddas: priuſq̃ in neruū abducere.
Ly. Di meliora faxint. Ago. ſic eſt. tu ideo cœnabis foris.
Aurum argentum: collum: leno ſcias te nunc debere ſimul.
Pœ. Quid me hac re facere deceat: egomet mecum cogito.
Si volo hunc vlciſci: litis ſequor in alieno oppido.
Quantum audiui ingenium & mores eius quo pacto ſient.
Ade. Mi pater ne quid tibi cum iſtoc rei ſiet: te maxime obſecro.
An. Auſculta ſoror. i abi. diſiunge inimicitias cum improbo.
Pœ. Hoc ageſis leno. quamq̃ meruiſſe te vt pereas: ſcio:
Non experiar tecum. Ago. neq; ſi aurum mihi reddes meum
Leno: quando ex neruo emiſſus compingare in carcerem.
Ly. Iam autem: vt soles. ego pene tibi me purgatum volo.
Si quid dixi iratus aduorſum animi ni tui ſententiam:
Id vti ignoſcas quæſo: & cum iſtas inueniſti filias:
Ita me di ament mihi voluptatis eſt. Pœ. ignoſco: & credo tibi.
An. Leno tu āt amicā mihi des facito: aut auri mihi reddas minā.
Ly. Vin tibiicinam meam habere? An. nihil moror tibiicinam.
Neſcias vtrum ei maiores buccæ ne an mammæ ſient.
Ly. Dabo quod placeat. Ago. cura. Ly. aurū cras ſat referā tuū.
Ago. Facito in memoria habeas. Ly. miles ſequere me. An. ego
Vero ſequor. Ag. q̃d ais patrue: q̄ñ hinc ire cogitas carthagine?
Nam tecum vna ire certum eſt. Pœ. vbi primum potero: illico.
Ago. Dum auctionē facto: hic opus eſt aliquot vt maneas dies. facio
Pœ. Faciā ita vt vis. Ag. ageſis eamus. nos curemus. plaudite.

## Argumentum in Plauti. Perſa.

PRofecto domino ſuos amores toxilus
Emit: atq; curat leno vt emittat manu:
Raptamq; vt emeret de prædone virginem
Subornatam ſuadet ſui paraſiti filiam:
Atq; ita intricatum ludit potans dordalum

### Serui duo Sagariſtio. Toxilus.

QVi amans egens ingreſſus eſt præceps in amoris vias:
Superauit ærumnis ſuis ærumnas herculis.
Nam cum lenone. cū excetra. cum ceruo. cum apro ætolico.
Cum auibus ſtymphalicis. cum anteo deluctari mauelim:

Quam cum amore.ita fio miſer querendo argento mutuo:
Nec quicq̃ niſi non eſt:ſciunt mihi reſpondere:quos rogo.
Qui hero ſuo ſeruire vult bene ſeruus ſeruitutem:
Næ ædepol illum multa in pectore ſuo conlocare oportet:
Quæ hero placere cenſeat præſenti atq̃ abſenti ſuo.
Ego neq̃ lubenter ſeruio:neq̃ ſatis ſum hero ex ſententia:
Sz q̃ſi lippo oculo me herus meus manu abſtinere haud qt tamē
Qui mihi īperet:& qn me ſuis negociis prẹficiat.Sa.quis illic eſt:
Qui contra me aſtat?Tox.quis hic eſt qui contra me aſtat?
Similis eſt ſagariſtionis.Sa.toxilus hic quidem meus eſt amicus.
To. Is eſt profecto.Sa.eum eſſe opinor.To.congrediar.
Sa. Contra aggrediar.To.o ſagariſtio di ament te.Sa.o toxile
Danunt di quæ exoptes. vt vales.To.vt queo.
Sa. Quid agitur?To.viuitur.Sa.ſatin ergo ex ſententia?
To. Si eueniunt quæ exopto:ſatis.Sa.nimis ſtulte amicis vtere.
To. Quid iã?Sa.quia iã īperare oportet.To.mihi quidē tu iam
Eras mortuus:quia te nō viſitaui.Sa.negocium ædepol.
To. Ferreū fortaſſe.Sa.pluſculū annū fui p̄ferratus apud molas
Tribunus vapularis.To.vetus iam iſtẹc militia eſt tua.
Sa. Satin tu vſq̃ valuiſti?To.haud probe.Sa.ergo ædepol
Palles.To.ſaucius factus ſum in prælio.veneris ſagitta
Cupido cor meum tranſfixit.Sa.iam ſerui hic amant?
To. Quid ergo faciã?dis ne aduorſer? q̃ſi titani cū dis belligerē:
Quibus ſat eſſe nō queã?Sa.vide mō:vt meæ catapultæ tuum ne
Tranſfigant latus.To.baſilice agito eleutheria.Sa.quid iam?
To. Quia herus peregre eſt.Sa.ain tu pegre ē?To.ſicubi tibi bn̄
Eſſe potes pati.veni.viues mecum.baſilico accipiere victu.
Sa. Vah iam ſcapulẹ pruriunt:quia te iſtẹc audi loqui.
To. Sed hoc me vnum excruciat.Sa.quidnam id eſt?To.hoc
De ſumma hodie eſt:mea amica ſit ne libera an ſempiternam
Seruitutem ſeruiat.Sa.quid nunc vis ergo?
To. Facere me potis es ſempiternum.Sa.quemadmodum?
To. Vt des mihi nummos ſexcētos:quos ꝑ capite illius pendã:
Quos continuo tibi repontm in hoc triduo aut quatriduo.age
Sis benignus.ſubueni.Sa.qua confidentia rogare tu a me
Argentum tantum audes impudēs?quin ſi egomet tot⁹ veniam:
Vix recipi potis eſt:quod tu me rogas.nam tu aquam a pumice
Nunc poſtulas:qui ipſus ſitiat.To.ſiccine hoc te mihi facere?
Sa. Quid faciam?To.rogas?alicūde exora mutuum.Sa.tu fac

Idem quod rogas me. To. quæſiui: nuſq̃ repperi. Sa. quæram
Equidem: ſiquis credat. To. nempe habeo in mundo. Sa. ſi id
Domi eſſet mihi: iam pollicerer. hoc meunſt: vt faciam ſedulo.
To. Quidquid erit recipe te ad me. Sa. quære tamen. ego item
Sedulo ſi quid erit iam vt ſcias. To. obſecro te reſecro:
Operam da hanc mihi fidelem. Sa. ah odio me enicas.
To. Amoris vitio nō meo nunc tibi morologus fio. Sa. at pol
Ego abs te conceſſero. To. iam ne abis? Sa. bene ambulato.
To. Sed recipe te q̃ primum potes. caue fuas mihi in queſtione.
Vſq; ero domi: dum excoxero lenoni malum.

Saturio paraſitus.

VEterem atq; antiquū queſtum male ſeruo: atq; obtineo:
Et cū magna cura colo. nā nunq̃ qſq̃ meorū maiorū fuit:
Quin paraſitando pauerint vētres ſuos. pater. auos. proauos.
Abauos: atauos: tritauos quaſi mures ſemꝑ edere alienum cibū:
Neq; edacitate eos quiſq̃ poterat vincere. neq; his
Cognomētū duris capitonibus: vnde ego hunc queſtū obtineo
Et maiorum locum: neq; quadruplari me volo.
Neq; enim decet ſine meo periculo ire aliena ereptum bona.
Neq; illi qui faciunt: mihi placent. plane loquor. nā publicę rei
Cauſa qui cū id facit: magis q̃ ſui queſti animus induci poteſt
Eum eē ciuē & fidelē & bonū: ſed legirupā qui clā ni det ī publicū
Dimidiū: atq; etiā in ea lege adſcribier: vbi quadruplator quēpiam
Iniecit manum: tantidem ille illi rurſus iniiciat manum:
Vt ęqua parti ꝓdeant ad tris viros. ſi id fiat: nę iſti faxin vſquam
Appareant: qui hic albo rite aliena oppugnant bona.
Sed ſum ne ego ſtultus: qui rem curo publicam?
Vbi ſunt magiſtratus: quos curare oporteat.
Nunc hic introibo. viſam heſternas reliquias.
Qui euenerint recte nec ne. num infuerit
Febris. opportunę ne fuerint. nequis obreptauerit.
Sed aperiuntur ædes. remorandus eſt gradus.

Toxilus ſeruus. Saturio paraſitus.

OMnem rem inueni: vt ſua ſibi pecunia hodie illam faciat leno
Libertā ſuā. ſed eccum paraſitū cuius mihi auxilio eſt opus.
Simulabo q̃ſi nō videam. ita eliciā verum. curate iſtic vos atq;
Adproperate oculos: ne mihi morę ſit quicq̃: vbi ego intro
Aduenero. commiſce mulſum. ſtruthea. colutheaq; appara.
Bene & in ſtrutheis concaleat. & calamum iniice. iam pol ille his

Aderit credo cōgerro meꝰ.:Sa.me dicit. euge.To.lautum credo
Abalineis iam hic adfutururum.Sa.vt ordine omnem rem tenet.
To. Collotæ facite vt madeāt.& colliphia ne mihi incocta detis.
Sa. Rē loquitur verā.nihil ſūt crudæ:niſi quas madidas glutias.
Tum niſi cremore craſſo ſocias:collericū nihil eſt marcum illud.
Epicrocom pellucidū.quaſi iure ſe ames.vis decet colliricum.
Nolo in veſicam: quod eat in ventrem volo.To.prope me hic
Neſcio quis loquitur.Sa.o mi iupiter
Terreſtris & coepulonus compellatiuus.
To. O ſaturio opportūe aduenisti mihi.Sa.mēdaciū ędepol dicis:
Atq; haud te decet. nam eſurio venio nō aduenio ſaturio.
To. At ędes.nā iā intꝰ vētris fumāt focula.calefieri iuſſi reliquiaſ.
Pernam quidem iuſſi apponi frigidam.poſtridie ita fieri iuſſi.
Sa. Equid has legis.To.vah.rogas? Sa.ſapis mutuum ad geniū.
To. Sed ecqd meministi here: q̄ de re ego tecū mētionē fecerā?
Sa. Memini.vt muræna & cōger ne calefierēt. nam nimio meliꝰ
Appetuntur frigida.ſed quid ceſſamus prælium committere?
Dum mane eſt omnis eſſe mortalis decet.To.nimis pene maneſt.
Sa. Mane quod tu occœperis negociū agere: id totū ꝓcedit diē.
To. Quæſo animum aduorte.hoc enim iam heri narraui tibi:
Tecūq; oraui:vt nummos ſexcētos mihi dares vtendos mutuos.
Sa. Memini:& ſcio:& te me orare & mihi non eſſe quod darem.
Nihil paraſitus eſt:cui argentum domi id eſt.
Lubido extēplo rapere eſt conuiuiū. tuburcinari de ſuo ſi quid
Domi eſt. cynicum eſſe egentem oportet paraſitum probe.
Ampullam.ſtrigilem.ſcaphium.ſoccos.pallium.marſupium
Habet inibi paulum præſidii:qui familiarem ſuam vitam
Oblectat modo.To.iam nolo argentum.filiam vtendam tuam
Mihi da.Sa.nunq̄ ædepol cuiquam etiam vtendam dedi.
To. Non ad iſtoc quod tu inſimulas.Sa.quid eam vis?To.ſcies.
Quia forma lepida & liberali eſt.Sa.res itaſt.To.hic leno
Neq; te nouit neq; gnatam tuam.Sa.me vt quiſquam norit:
Niſi ille qui præbet cibum?To.ita eſt.hoc tu mihi reperire
Argentum potes.Sa.cupio hercle.To.tum tu me ſine illam
Vendere.Sa.tun illam vendas?To.immo alium adlegauero:
Qui vendat.qui eſſe ſe peregrinū prædicet: ſic vt iſtic leno nōdū
Sex menſes megaribus huc commigrauit.Sa.pereunt reliquię.
Poſterius iſtuc tamen poteſt.To.ſcin quam poteſt?nunquam
Hercle hodie hic prius edis: ne fruſtra ſis:q̄ te hoc facturum

Quod rogo adfirmas mihi:atq; niſi gnatam tecum huc iam
Quantum potes adduces:exigam hercle ego te ex hac decuria.
Quid nūc?quid eſt?quin dicis quid facturus ſis? Sa.quæſo hercle
Me quoq; etiam vendas lubet:dum ſaturum vendas.
To. Hoc ſi facturus face.Sa.faciā equidē quæ vis.To.benefacis.
Propera.abi domum.præmonſtra docte.præcipe aſtu filiæ
Quid fabuletur.vbi ſe natam prædicet. qui ſibi parentes fuerint.
Vnde ſurrupta ſit.ſed longe ab athenis eſſe ſe gnatam autumet:
Et vt adfleat:cum ea memoret.Sa.etiam tu taces.
Ter tanto peior ipſa eſt:quam illam tu eſſe vis.To.lepide
Hercle dicis.ſed ſcin qui facias?cape tunicam.atq; zonam.
Et chlamydem afferto:& cauſeam quam ille habeat:qui hanc
Lenoni huic vendat.Sa.heu probe.To.quaſi ſit peregrinus.
Sa. Laudo.To.& tu tuam gnatam tamen ornatam adduce
Lepide in peregrinum modum.Sa.poten ornamenta.
To. Abs chorago ſumito.dare debet.præbēda ædiles locauere.
Sa. Iam faxo hic aderunt. ſed ego horum nihil ſcio.
To. Nihil hercle vero.nam vbi ego argentum accepero:
Continuo tu illam a lenone adſerito manu.Sa.ſibi habeat:
Si non extemplo ab eo abduxero.To.abi.& iſtuc cura.
Ego puerum volo mittere ad amicam meam:vt habeat
Animum bonum me eſſe effecturum hodie.nimis lōgū loquor.

Sophoclidiſcha lena.Lēneſcelene ancilla.

SAtis fuit indocte inmemori inſipienti dicere toties:
Nimis tandē me quidem pro barda & pro ruſtica reor habitā
Eſſe abs te.q̄ꝗ ego vinum bibo:at mandata non conſueui ſimul
Bibere.vnam equidem iam ſatis tibi bis ſpectatam cenſuerā eſſe
Et meos mores.nam equidem te iam ſector.quintū;hunc annū
Cum interim cedor:cuculus ſi in ludum iret:potuiſſet iam fieri
Vt probe litteras ſciret:cū interim meū ingeniū fans nō edidiciſti
Atq; infans.potin vt taceas.potin ne moneas.memini.& ſcio.
Et calleo.& commemini.amas pol miſera.id tuus ſcatet animus.
Ego iſtuc placidum tibi vt ſit:faciam.Len.miſer eſt qui amat.
So. Certo is quidē nihil eſt:qui nihil amat.quid ei hoī op⁹ vita ē?
Ire decet me heræ obſequens.filia libera mea opera ocyus vt ſit.
Conueniam hunc toxilū.eius auris quę mādata ſunt:onerabo.

Toxilus ſeruus.Pægnium puer.Sophoclidiſcha.

SAtin hęc tibi ſunt plana & certa?ſatin hęc meminiſti & tenes?
Pæg. Melius q̄ꝗ qui docuiſti.To.ain vero verbereū caput?

Pæ. Aio enim uero. To. quid ergo dixi? Pæ. ego recte apud illam
Dixero. To. nō ædepol ſcis. Pæ. da hercle pignus: ni omnia
Memini & ſcio. To. equidem ſi ſcis tute: quot habeas hodie
Digitos in manu eodem pignus tecum. Pæ. audacter ſi lubido
Eſt perdere. To. bona pax ſit potius. Pęg. tun igitur ſine me
Ire. To. iubeo & ſino. ſed ita volo te curare: vt domi ſis cum ego
Te eſſe illic cenſeam. Pæ. faciam. To. quo ergo is nunc?
Pęg. Domum: vti domi ſim: cū illic cēſeas. To. ſcelus tu puer es:
Atq; ob iſtam rem ego aliquid te peculiabo.
Pęg. Scio fidei hercle herili: vt ſoleat impudicicia opprobrari.
Nec ſubigi queant vnq̄: vt pro ea fide habeant iudicem.
To. Abi mō. Pę. ergo laudabis faxo. To. ſed has tabellas pægniū
Ipſi leniſcelenę facdes: & quę iuſſi nūciato. So. ceſſo ire ego:
Quo miſſa ſū? Pę. eo ego. To. i ſane. ego domū ibo. face rem hāc
Cum cura geras. vola curriculo. Pę. iſtuc marinus paſſer pcircum
Solet. illic abiit hinc intro huc. ſed quis hæc eſt quę me
Aduorſum incedit. So. pægnium hic quidem eſt.
Pę. Sophoclidiſca hęc peculiaris ē ei⁹: q̄ ego ſū miſſus. So. null⁹
Eſſe hodie hoc puero peior phibet. cōpellabo. Pę. cōmorādunſt
Apud hanc obicē. So. pægnium deliciæ puerū ſalue. quid agis?
Vt vales? Pę. ſophoclidiſca di me amabunt. So. quid me?
Vtrum. Pę. hercle ſi vt digna es faciant: odio hercle habeant:
Et faciant male. So mitte male loqui. Pæ. cum vt digna es dico:
Bene non male loquor. So. quid agis? Pę. fœminam ſceleſtam
Te aſtans contra cōtuor. So. certe equidem puerum peiorem
Quam te: noui neminē. Pę. quid mali facio: aut cui maledico?
So. Cui pol cunq; occaſio eſt. Pę. nemo homo vnq̄ ita
Arbitratus eſt. So. at pol multi eſſe ita ſciunt. Pę. eia.
So. Heia. Pę. tuo ex ingenio mores alienos probas. So. fateor
Ergo profecto me eſſe: vt decet lenonis familię.
Satis iam dictum habeo. ſed quid tu confitere: vt te autumo?
Pęg. Fatear ſi ita ſim. So. iā abi. viciſti. Pę. abi nūc iam. So. ergo
Hoc mihi expedi: quo is? Pę. quo tu? So. dic tu. prior
Rogaui: Pę. at poſt ſcies. So. eo ego hinc haud longe.
Pęg. Et quidem ego haud longe. So. quo ergo ſcelus?
Pęg. Niſi ſciero pri⁹ ex te: vt tu ex me nūq̄ hoc qđ rogitas ſcies
So. Nunq̄ ecaſtor hodie ſcibis: prius q̄ ex te audiuero.
Pęg. Ita ne ē? So. ita ne ē? Pę. mala es. So. ſceleſtus. Pę. decet me.
So. Me quidē haud decet. Pę. quid ais? certum eſt celare quo iter

Facias peſſuma? So.offirmaſti occultare: quo te immitas
Peſſume? Pę. par pari reſpondes.dicito.abi iam quando
Ita certa res eſt.nihilo facio ſcire.valeas.So.aſta.Pæg.at ꝓpero.
So. Et pol ego ire.Pę.ecqd habes?So.ecquid tu?Pęg.nihil eqdē.
So. Cedo manū ergo.Pę.c̄ ne hęc manus?So.vbi illa altera eſt
Furtifica lęua?Pę.domi eccā.huc nullā attuli.So.habes neſcio qd
Pę. Ne me attracta ſubigatrix.So.ſin te amo.Pę male operam
Locas.So.qui?Pę.quia enim nihil amas: cum ingratum amas.
So. Tempori hanc vigilare oportet formulam atq; ætatulam:
Ne vbi capillus verſipellis fiat:fœde ſemper ſeruias.
Tu quidem haud etiam es octoginta pondo.Pæ.at confidentia
Illa militia militatur multo magis q̃; pondere.
So. Atq; ego hāc nūc operā ꝑdo.Pæ.qd iā?So.qa ꝑitis p̄dico.
Pę. S; ego ceſſo.So.mane.Pę.moleſta es.So.ero quoq;:niſi ſcio
Quo agas te.Pæ.ad vos.So.& pol ego ad vos. Pæ.qd eo?So.qd
Id ad te attinet?Pæ.enim non ibis nunc viciſſim:niſi ſcio.
So. Odioſus es.Pæ.lubet.nunq̃; hercle iſtuc exterebrabis tu:
Vt ſis prior q̃ ego ſiem.So.malitia certare tecum miſeria eſt.
Pęg. Merx tua mala ē.So.qd eſt qd' metuas?Pæ.idē iſtuc ꝙ tu.
So. Dic ergo.Pæ.ne hoc cuiq̃; hoī edicerē oēs muti vt loqrentur
Prius edictum eſt magnopere mihi ne cuiq̃ homini
Crederē:oēs muti vt loquerētur priꝰ hoc q̃ ego.So.at tu hoc face
Fide data credamus.Pæ.noui.omnes ſunt lenæ leuifidæ.
Neq; tippulæ leuius pondus eē q̃ fides lenonia.So.dic amabo.
Pę. Dic amabo.So.nolo ames.Pę.facile īpetras.So.tecū habeto.
Pæg. Et tu hoc taceto.So.tacitum erit.Pę.celabitur.So.toxilo
Has fero tabellas tuo hero.Pę.abi.eccillum domi:at ego hanc
Ad leniſcelenen tuam heram obſignatam abietem.
So. Quid iſtuc ſcriptū? Pę.iuxta tecū ſi tu neſcis:neſcio.niſi forte
Blanda verba.So.habeo.Pę.at ego abiero.So.ambula. (taſſe

Sagariſtio ſeruus.

IOui opulēto.inclyto ope gnato.ſupremo.valido viri potenti
Opes: ſpes bonas copias cōmodāti lubēs vituloꝛq; merito:
Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam
Danunt argenti minuti:vti agenti opem afferam.
Quod ego nō magis ſomniabam:neq; opinabar: neq; cenſebā:
Nam herꝰ meus ad me iā miſit:domitos boues vti ſibi mercarer.
Eam fore mihi occaſionē:ea nunc quaſi decidit de cęlo.dedit
Argentū.nam ibi mercatū dixit eſſe die ſeptimi.ſtultus qui hoc

Mihi daret argentum: cuius ingenium nouerat. nã hoc argentũ
Alibi abutar. boues quos emerem: non erant: nũc & amico meo
Proſperabo: & genio meo multa bona faciam. diu quod bene
Erit: die vno abſoluam. tax tax tergo erit meo. non curo.
Nunc amico bobus domitis mea ex crumena largiar.
Nam id demũ lepidum eſt triparcos hoies vetulos auidos aridos
Dente admordere: quia alimentum ſeruo obſignant cum ſale.
Virtus eſt vbi occaſio admonet diſpicere: quid faciet mihi:
Verberibus cædi iuſſerit: compedes imponi. vapulem
Ne ſibi me credat ſupplicem fore. næ illi mihi iam nihil noui
Offerri poteſt: quin ſim peritus. ſed toxili puerũ pægniũ eccum.

Pægnium puer. Sagariſtio ſeruus.

PEnſum meum quod datũſt confeci: nunc
Propero domum. Sa. mane. & ſi properas
Pægnium. auſculta. Pæg. emere oportet quem tibi
Obedire velis. Sa. aſta. Pęg. exhibeas moleſtiam vt opinor:
Siquid debeam. Sa. qui nunc ſic tam es moleſtus? Pæg. ſcelerate
Etiam reſpicis? Sa. ſcio ego quid ſis ætatis. Pæg. eo iſtuc
Maledictum impune auferes? Sa. vbi toxilus eſt tuus herus?
Pęg. Vbi illi libet: neq͂ te cõſulit. Sa. etiã ne dicis vbi ſit venefice?
Pęg. Neſcio inquam vlmitriba. Sa. maledicis maiori?
Pęg. Prior promeritus perpetiare. ſeruam operam. linguam
Liberam herus me iuſſit habere. Sa. dicis ne mihi vbi ſit toxilus?
Pęg. Dico: vt perpetuo pereas. Sa. cędere hodie tu reſtibus.
Pęg. Tua quidem cucule cauſa? non hercle ſi os pręciderim tibi:
Metuam morticine. Sa. video ego te iam incubitatus es.
Pęg. Ita ſum. quid id attinet ad te? at non ſum ita vita gratias?
Sa. Confidens. Pęg. ſum hercle vero. nam ego me cõfido
Liberum fore: tu te nunquam ſperas. Sa. potin vt
Moleſtus ne ſies? Pęg. quod dicis: facere non quis.
Sa.. Abi in malam rem. Pęg. at tu domum: nam ibi tibi parata
Præſtoſt. Sa. vadatur hic me. Pęg. vtinam vades deſint:
In carcere vt ſis. Sa. quid hoc? Pęg. quid eſt?
Sa. Etiam ſcelus male loquere? Pęg. tandem vt liceat:
Cum ſeruus ſis ſeruum tibi maledicere. Sa. ita me ſpecta
Quin dedero. Pę. nihil iã nihil habes. Sa. di deæq͂ te oẽs perdant:
Niſi hodie: ſi prehendero: defigam in terram colaphis.
Pę. Amicus ſum: eueniant volo tibi quę optas: atq͂ id fiat: tũ me
Defigas: te cruci ipſum ꝑpediẽ adfigent alii. Sa. quin te di deæq͂.

Scis quid hinc porro dicturus fuerim? ni linguę moderari queā.
Potin abeas? Per. abiges facile: nam vmbra mea intus vapulat.
Sa. Vt iſtunc di deęqꝫ perdant. tanqꝫ proſerpens beſtia bilinguis
Et ſceleſtus. hercle illum abiiſſe gaudeo. fores aperite. ecce autē
Quem conuenire maxime cupiebam: egreditur foras.

Toxilus. Sagariſtio ſerui duo. Sophoclidiſcha lena.

PAratum iam eſſe dicito: vnde argentum ſit futurum. iubeto
Habere animū bonū. dic me illā amare multū. vbi ſe adluat:
Ibi me adluat. quæ dixi vt nunciares: ſatin ea tenes? So. magis
Calleo: qꝫ aprugnum callum callet. To. propera. abi domum.
Sag. Nūc ego graphice huic facet⁹ fiam. ſubnixis alis me inferā:
Atqꝫ amicibor glorioſe. To. ſed quis hic anſatus ambulat?
Sag. Magnifice conſecrabo. To. ſagariſtio hic quidem. ſed quid
Agitur ſagariſtio? vt valetur. ecquid quod mandaui tibi: eſt ne
In te ſpeculę? Sa. adito. videbitur factū. vola. venito. promoueto:
To. Quid hoc id in collo tibi tumet? Sa. vomicaſt. preſſare pce.
Nam vbi qui mala tetigit manu: dolores cooriuntur.
To. Quando iſtęc innaſt tibi? Sa. hodie. To. ſecari iubeas.
Sag. Metuo ne immaturam ſecem: ne exhibeat plus negocii.
Tox. Inſpicere morbum tuū lubet. Sa. abi. atqꝫ caueſis a cornu:
To. Quid iā? Sa. qa boues bini hic ſūt ī crumena. To. emitte ſodes:
Ne enicet fames inire paſtū. Sa. enī metuo: vt poſſim imbubilem
Reiicere: ne vagentur. To. ego reiiciam. Sa. habe animum bonū.
Creditur. commodabo. ſequere hac ſis. argentum hic eſt quod
Me dudum rogaſti. Tox. quid tu ais? Sa. dominus me boues
Mercatum eretriam miſit. nunc mihi eretria erit hęc tua domuſ.
Tox. Nimis tu facete loquere. atqꝫ ego omne argētū tibi actutū
Incolume redigam. nam iam omnes ſycophantias inſtruxi: &
Cōparaui: qͥ pacto ab lenone auferā hoc argētū. Sa. tāto melior.
Tox. Et mulier vt ſit libera: atqꝫ ipſe vltro det argentum.
Sed ſequere me. ad eā rem vſus eſt tua mihi opa. Sa. vtere vt vis.

Paraſitus. Virgo perſa.

QVæ res bn̄ vortant mihi & tibi & ventri meo: perēnitatiſqꝫ
Adeo huic perpetuo cibo vt mihi ſupſit. ſuppetat: ſupſtitet:
Sequere hac mea gnata mecū dis volētib⁹. cui rei opa datur ſcis.
Tenes. intelligis. cōmunicaui tecū conſilia mea. ea cauſa ad hoc
Exēplū te exornaui ego. venibis tu hodie virgo. Vi. amabo mi pr̄
Quāquā libēter eſcis alienis ſtudes: tui ne vētris cauſa filiam
Vendis tuam? Pa. mirū quin regis philippi cauſa aut attali

Te potius vendam q̄ mea: quæ ſis mea. Vir. vtrum tu pro
Ancilla me habes: an pro filia? Pa. vtrum hercle magis in ventris
Rem videbitur? meum opinor imperiumſt in te: non in me
Tibiſt. Vir. tua iſtęc poteſtas eſt pater: veruntamen
Quanquā res noſtrę ſunt pater pauperculę. modicę. & modeſtę:
Melius eſt tñ ita viuere. nā vbi ad paupertatē īmigrant infamiæ:
Grauior paupertas fit. fides ſublæſtior. Pat. enimuero odioſa es.
Vir. Nō ſū neq; eſſe arbitror: cū prauat natura eſſe te pcipio pr̄
Nam inimici famam non ita nata eſt: ferunt. Pa. ferant eantq;
In maximā malā crucē. nō ego inimicicias ois pluris exiſtimo:
Quam menſa inanis nunc ſi apponatur mihi. Vir. pater hoīm
Immortalis eſt infamia. etiam tū viuit: cū eſſe credas mortuam.
Par. qd metuis ne te vēdā? Vir. nō metuo pr̄. ve℞ iſimulari nolo.
Pa. At ne quicq̄ ne vis. meo modo iſtud potius fiet q̄ tuo fiat.
Quæ hæ res ſunt? Vir. cogita hoc verbū pater. her⁹ ſi minat⁹ eſt
Malum ſeruo ſuo: tametſi id futurū nō eſt: vbi captumſt flagrum:
Dum tunicas ponit: quanta afficitur miſeria. ego nunc quod
Non futurumſt: formido tamen. Pa. virgo atq; mulier nulla
Erit: quin ſit mala quæ præter ſapiet q̄ placet parentibus.
Vir. Virgo atq; mulier nulla erit: quin ſit mala: q̄ reticet ſiquid
Fieri peruorſe videt. Pa. malo cauere meliuſt te. Vir. at ſi non
Licet cauere quid agam? nam ego tibi cautum volo.
Pa. Mal⁹ ne ego ſū? Vir. nō es neq; me dignumſt dicere. verum ei
Rei operam do: ne alii dicant quibus licet. Pa. dicat quod
Quiſq; vult: ego de hac ſententia non demouebor. Vir. at
Meo ſi liceat modo: ſapienter potius faciam q̄ ſtulte. Pa. libet
Lubere per me tibi. Vir. licere intelligo. verū libere haud liceat:
Si lubeat mihi. Pa. futura es dicto obediens an non patri?
Vir. Futura. Pa. ſcis nam tibi quæ præcipi omnia: & id vt
Surrupta fueris? Vir. docte calleo. Pa. & qui parentes fuerint.
Vi. Hēo ī memoria. neceſſitate me mala vt fiā facis. (ſas nuptias.
Ve℞ videto: me vbi voles nuptū dare: ne hęc fama faciat repudio
Pa. Tace ſtulta. nō tu nūc hoīum mores vides: quoiuſmōī hic cū
Mala fama facile nubitur? dum dos ſit: nullū vitiū vitio vortitur.
Vir. Ergo iſtuc facito vt veniat in mentē tibi: me eſſe indotatā.
Pa. Caueſis tu iſtic dixeris. pol deum virtute & maiorum meum
Ne te īdotatā dicas: cui dos ſit domi. libro℞ ecce illū habeo plenū
Soracū. ſi hoc curaſſis: lepide cui rei operam damus: dabuntur
Dotis tibi inde ſexcēti logi atq; attici oēs. nullū ſiculū acceperis.

Cũ hac dote poteris vel mendico nubere. Vir.quin tu me ducis
Si quo ducturus pater.vel tu me vende.vel face quod tibi lubet.
Pa. Bonum æquumq; oras.ſequere hac. Vir.dicto ſum audiens.

Dordalus leno.

QVidnam eſſe acturum hunc dicam vicinum meum:
Qui mihi iuratus eſt ſeſe hodie argentum dare?
Quod ſi non dederit: atq; hic dies præterierit:
Ego argentum:ille iuſiurandum amiſerit.
Sed ibi concrepuit foris.quiſnam egreditur foras?

Toxilus ſeruus. Dordalus leno.

QVrate iſtuc ĩtus.iã ego domũ me recipiã.Do.toxile qd agis?
To. Eo lutũ lenoniũ cõmixtum. eo ſterquilinium publicũ:
Impure ĩhõeſte.ĩ iure.ĩllex.in iurie.labes populi. pecũię accipiter.
Auide.atq; inuide.procax.rapax.trahax.trecentis verſibus
Tuas impuritias loqui nemo poteſt.accipin argentum? accipe ſis
Argentum impudens.teneſſis.argentum etiam tu argẽtũ tenes.
Poſſum te facere vt argentum accipias?lutum qui niſi iurato
Mihi nihil auſus credere? Dor.ſine reſpirare me tibi vt
Reſpondeam vir ſumme.populi ſtabulum.ſeruitricium
Scortorum liberator.ſubiculum flagri.compedum tritor.
Piſtrinorum ciuitas pereniſerue.lurco.edax.fugax.furax.
Cedo ſis mihi argentum.argentum inquam cedo.quin tu mihi
Argentum reddis.nihil ne te pudet? leno te argentum poſcit.
Solida ſeruitus:pro liberanda amica vt omnes audiant.
To.tace obſecro hercle. næ tua vox valide valet.Do.referũdæ ego
Habeo linguã natã gratię.eodẽ mihi ꝑcio ſal ꝓhibetur quo tibi.
Niſi me hæc defendet: nunquã delinguet ſalem.To.iam omitto
Iratus eſſe.id tibi ſuccenſui:quia te negabas credere argẽtũ mihi.
Dor. Mirũ quin tibi ego crederẽ:vt ipſe mihi faceres:quod partũ
Faciunt argentarii.vbi quid credideris:citius extemplo a foro
Fugiunt:quam ex porta ludis cum emiſſuſt lepus.
To. Cape hoc ſis.Dor.quin das? To.nũmi ſexcẽti hic erũt probi.
Numerati.fac ſit mulier libera: atq; huc cõtinuo adduce.Dor.ia3
Faxo hic erit.non hercle cui nunc hoc dem ſpectandum ſcio.
To. Fortaſſe metuis:iã a foro argẽtarii abeũt:quã in curſu rotula
Circunuortitur.abi iſtac aduorſis angiportis ad forum.
Eadẽ iſta hæc facito mulier ad me tranſeat per hortum.Dor iam
Hic faxo aderit.To.at ne propalam.Dor.ſapienter ſane. (tuit.
To.ſupplicatũ cras eat.Do.ita hercle vo.To.dũ ſtas: reditũ opor

Toxilus.

SI quam rem accures ſobrie aut frugaliter:
Solet illa recte ſub manus ſuccedere.
Atq; ædepol firme vt quiſq; rem accurat ſuam:
Sic ei procedit. poſt principio deniq; ſi malus
Aut nequanſt: mal res vertunt: qu is agit.
Sin autem frugiſt: eueniunt frugaliter.
Hanc ego rem exorſus ſum facete: & callide:
Igitur prouentura bene confido mihi.
Hunc ego lenonem ita hodie intricatum dabo:
Vt ipſus ſeſe qua ſe expediat neſciat.
Sagariſtio heus exi: atq; educ virginem:
Et iſtas tabellas quas conſignaui tibi:
Quas tu attuliſti mihi ab hero meo vſq; e perſia.

Sagariſtio. Toxilus ſerui duo.

NVnquid moror? To. euge euge ornatus baſilice.
Tiara ornatum lepide condecora tuum
Tum hanc hoſpitam. at trepidula vt graphice decet.
Sed ſatin eſtis meditati? Sa. tragici & comici
Nunquam æq; ſunt meditati. To. lepide hercle adiuuas.
Sa. Age illuc aſpice de procul in conſpectum. To. tace.
Vbi cum lenone me videbis conloqui:
Id aderit adeundi tempus. nunc agite vos.

Dordalus leno. Toxilus ſeruus.

QVi homini di propitii ſunt: aliquid obiiciunt lucri.
Nam ego hodie compendi feci non panes in dies.
Ita ancilla mea: quæ fuit hodie ſua: nunc eſt argento. vicit
Iam hodie. alienum cœnabit. nihil guſtabit de meo.
Sũ ne prob?: ſũ lepidus ciuis: qui atticã hodie ciuitatem maximam
Maiotẽ feci: atq; auxi ciui fœmĩa. ſed vt & ego hodie fui benign?:
Et ego mltis credidi. nec ſatis a quo q̃ hoĩe accepi: ita prſũ credebã
Oib?. nec metuo quib? credidi hodie: neqs mihi ĩ iure abiuraſſit.
Bon?volo iã ex hoc die eẽ: qđ neq; fiet: neq; fuit. To. hũc ego hoie;
Hodie in traſennã doctis ducã dolis. itaq; huic inſidiæ paratæ
Sunt probe. aggrediar virum. quid agis? cedo vnde agis te
Dordale? Do. credo. tibi di dẽt q̃ velis. To. eo an iã manu emiſiſti
Mulierem? Do. credo ædepol credo inquã tibi. To. iam libera eſt?
Enicas. Do. q̃n tibi me dico credere. To. dic bõa fide. iã libera eſt?
Do. I ad forũ ad prætorẽ. exquire: ſi quidẽ credere mihi nõ vis.

Libera inquam eſt.ecquid audis? To.at tibi di benefaciãt omnes!
Nunq̃ enim poſthac tibi nec tuorum q̃d nolis volam. Dor.abi.
Ne iura ſatis credo.To.vbi nunc tua liberaſt?
Do. apud te.To.ain apud me eſſe?
Do. Aio inq̃.apud te eſt inquã.To.ita me di amẽt:vt ob iſtã rem.
Tibi multa bona inſtãt a me.nã eſt res quædã:quam occultabam
Tibi dicere.nunc eam narrabo:vnde tu pergrãde lucrum facias.
Faciam vt mei memineris:dum vita viuas.Do.benedictis
Tuis benefacta aures meæ auxilium expoſtulant.To.tuum
Promeritunſt.merito vt faciam:& vt me ſcias eſſe facturum.
Tabellas tene has.pellege.Do.hę qd ad me? To.imo ad te attinẽt
Et tua refert.nã e perſia ad me adlatę mõ ſũt iſtę a meo domino.
Do.Qñ? To.hãd dudũ. Do.qd iſtęc narrãt? To.pcũctare ex ipis
Ipſę tibi narrabũt.Do.cedo ſane mihi.T.aſt clare recitato.
Do.Tace dũ pellego.To.haud verbũ faciã.Do.ſalutẽ dicit toxilo
Timarchides & familię omni.ſi valetis gaudeo:ego valeo.
Recte & rem gero:|& facio lucrum:neq̃ iſto redire his octo
Poſſum mẽſibus:itaq̃ hic ẽ qd me detinet negociũ. eleuſipolim
Perſæ cœpere vrbem in arabia plenam bonorum rerum atq̃
Antiquum oppidum.ea comparatur præda:vt fiat auctio
Publicitus.ea res me domo expertem facit.operam atq̃ hoſpitiũ
Ego iſti perhiberi volo:qui tibi tabellas affert.cura quę is volet.
Nã is mihi honores ſuę domi habuit maxumos.Do.qdid ad me?
Aut ad meam rem refert:perſæ quid rerum gerant:
Aut quid herus tuus?To.tace ſtultiloq̃.neſcis quid inſtet boni.
Nequicq̃ tibi fortuna faculam lucrificam allicere volt.
Dor. Quę iſtęc fortuna lucrifica eſt?To.iſtas quæ norũt:roga:
Ego tantundem ſcio quantum tu:niſi quod pellegi prior.
Sed vt occœpiſti:ex tabellis noſce rem. Dor.bene me mones.
Fac ſilentium.To.nunc ad illud venies:quod refett tua.
Dor. Iſte qui tabellas adfert:adduxit ſimul forma expetenda
Liberalem mulierem furtiuam adductã ex arabia penitiſſuma.
Eam te volo accurare:vt iſtic veniat:ac ſuo periculo is emat:
Qui eam mercabitur.mancipio neq̃ promittet.neq̃ quiſq̃
Dabit probum & numeratum argentum vt accipiat.face
Hæc cura:& hoſpes cura vt curetur.vale.
To. Quid igitur poſtq̃ recitaſti quod erat cæræ creditum:
Iam mihi credis?Do.vbi nunc illeſt hoſpes:qui haſce attulit.
To.Iã hic credo aderit.accerſiuit.illa mãdauit.D.nihil mihi opꝰ ẽ

Litibus neq; trichis: quamobrẽ ego argẽtum numerem foras.
Niſi mancipio accipio: quid eo mihi opus mercimonio?
To. Tacen an non taces? nunq; ego te tam eſſe matulam credidi.
Quid metuis? Do. metuo hercle vero. ſenſi ego iam compluries
Neq; mihi haud imperito eueniet tali vt in ludo hæream.
To. Nihil p̃icli videtur. Do. ſcio iſtuc: ſ; metuo mihi. To. mea qdẽ
Iſtuc nihil refert. tua ego refero gratia vt tibi recte
Conciliandi primo facerem copiam. Do. gratiam habeo.
Sed te de aliis: q̃ alios de te ſuauius eſt fieri doctos. To. nequis
Vero ex barbaria penitiſſuma perſequatur: etiam tu illam
Deſtinas? Do. videam modo mercimonium. To. æqua dicis.
Sed optume eccum ipſe adducit hoſpes ille: qui
Has tabellas attulit. Do. hiccine eſt? To. hic eſt.
Do. Hæccine illaſt furtiua virgo? To. iuxta tecum æq; ſcio.
Niſi qui aſpexi equidem ædepol liberaliſt quiſquis eſt.
Do. Sat ædepol concinna facie. To. vt contemptim carnufex
Taciti contemplemur formam. Do. laudo conſilium tuum.

Sagariſtio. Perſa virgo. Toxil⁹ ſerui. ii. Dordal⁹ leno.

SAtin athenæ tibi viſæ fortunatę opiparæ? Per. vrbis ſpeciem
Vidi: hominum mores proſpexi parum.
To. Nunquid in principio ceſſauit verbum docte dicere?
Do. Haud potui etiam in primo verbo perſpicere ſapientiam.
Sa. Quid id: qđ vidiſti? vt munitũ muro tibi viſunſt oppidum?
Per. Si incolæ bene ſunt morati: pulchre munitum arbitror:
Perfidia & peculatus ex vrbe: & auaricia ſi exulant.
Quarta inuidia. quinta ambitio: ſexta obtrectatio.
Septimum periurium. To. euge. Per. octaua indiligentia.
Nona iniuria. decimum quod peſſimum adgreſſu ſcelus.
Hæc niſi inde aberunt: cẽtuplex murus rebus ſeruandis parũ ſit.
To. Quid ais tu? Dor. quid vis? To. tu in illis es decẽ ſodalibus.
Te in exiliũ ire hinc oportet. Dor. quid iam? Tox. quia piurus es.
Do. Verba qdẽ haud ĩ docte fecit. To. ex tuo inq̃ vſuſt. eme hãc.
Do. ædepol q cũ hãc magis ꝯtẽplo: magis placet. To. ſi hãc emeris
Dii immortales: nullus leno te alter erit opulentior.
Euortes tuo arbitratu homines fundis. familiis.
Cum optimis viris rem habebis. gratiam cupient tuam.
Venient ad te comeſſatum. Do. at ego intromitti.
Hac enim illi noctu occentabunt oſtium. exurent fores.
Tox. Proinde tu tibi iubeas concludi ædes foribus ferreis.

Ferreas ædes commutes.limina indas ferrea.ferream ſeram
Atq; anulum:ne ſi ferro parſeris: ferreas tute tibi impingi
Iubeas craſſas compedis.Dor.in malum cruciatum i ſane.
To. Hãc eme:atq; auſculta mihi.Do.mõ vt ſciam quanti indicet.
To. Vin huc vocem?Do.ego illo acceſſero.To.quid ais hoſpes?
Sag. Venio.adduco hanc:vt dudũ dixerã:nã heri ĩ portũ noctu
Nauis venit.venire hanc volo:ſi poteſt.ſi nõ poteſt: ire hinc volo
Quantum poteſt.Do.ſaluus ſis adoleſcens.Sa.ſiquidem hanc
Vendidero precio ſuo.To.atqui aut hoc emptore vẽdes pulchre:
Aut alio non potes.Sa.es ne tu huic amicus?Do.tanquam
Di omnes: qui cęlum colũt.To.tum tu mihi es inimicus certus.
Nam generi lenonio nunquã vllus deus tam benignus fuit:
Quin fuerit propicius.Sa.hoc age opus neſt hac tibi empta?
Do. Si tibi veniſſeſt op⁹:mihi q̃q; empta eſt.ſi tibi ſubiti nihil eſt:
Tantundeſt mihi.Sa.indica.fac precium.Do.tua merx eſt.
Tua indicatio eſt.To.æquum hic curat.Sa.vin bene emere?
Dor. Vin tu pulchre vendere?To.ego ſcio hercle vtrunq; velle.
Dor. Age:indica prognariter.Sa.prius dico:hanc mancupio
Nemo tibi dabit.iam ſcis.Do.ſcio.indica minimo daturus;
Qui ſis:qui duci queat.To.tace tace.nimis tu quidem hercle
Homo ſtultus es pueriliter.Dor.quid ita?To.quia enim te
Ex puella prius percontari volo: quæ ad rẽ referunt.Dor.& qui
Hercle tu me monuiſti haud male.videſis ego ille doctus leno
Pene in foueã decidi:niſi hic adeſſet.quãtũ eſt adhibere hominem
Amicũ:vbi quid geras. To.quo genere.aut qua ĩ patria ſit nata.
Aut qb⁹parẽtib⁹.ne temer̃ hãc emiſſe dicas ſuaſu atq; ĩpulſu meo.
Niſi moleſtum eſt percontari hanc paucis hic vult.Sa.maxime
Suo arbitratu.Dor.quid ſtas?abi tute: atq; ipſe itidem roga.
Vt tibi percontari liceat:quæ velis:& ſi mihi dixit dare
Poteſtatem eius:ſed ego te malo tamen eum ipſe adire:vt
Ne contemnat te ille.To.ſatis recte mones hoſpes.volo
Ego hanc percontari.Sa.a terra ad cælum quid lubet.
To. Iube dum ea huc accedat ad me.Sa.i ſane:ac morẽ illi gere.
Percontare:exquire quid vis.Dor.age age nunc tu impera.
Vide vt ingrediare auſpicato.To.liquidum eſt auſpicium.
Tace.concede ſis.iam ego illam adducam.Dor.age
Vt rem eſſe in noſtram putas.To.ſequere me.adduco hanc:
Siquid vis ex hac percontarier.Do.enim volo te adeſſe.
To. Haud poſſum: quin huic operam

Dem hoſpiti:cui herus iuſſit.quid hic ſi non vult me adeſſe vna.
Sa. Immo i modo.To.do ego tibi operam.Do.tibi ibidem
Das:vbi tu tuum amicum adiuuas.exquire.To.heus tu
Aduigila.Per.ſatis eſt dictum.quanquā ego ſerua ſum:ſcio ego
Officium meum:vt quæ rogitet vera: vt accepi.eloquar.
To. Virgo hic hō ꝓbus eſt.Per.credo.To.non diu apud hunc
Seruies.Per.ita pol ſpero: ſi parentes facient officium ſuum.
Dor. Nolo ego te mirari ſi nos ex te percontabimur
Aut patriam tuam aut parentes.Per.cur ego id mirer
Mi homo.ſeruitus mea mihi interdixit nequid mirer
Malum meum.To.di iſtam perdant: ita cata eſt & callida.
Habet cor.quam dicit quod opuſt.Dor.quid nomen
Tibi eſt?To.nūc metuo ne pecet.Per.lucridi nomē in patria fuit.
To. Nomen atq; omen quantiuis eſt precii?quin tu hanc emis?
Nimis pauebam ne peccaret.expediuit.Do.ſi te emā:mihi quoq;
Lucridem confido fore te.To.tu ſi hanc emeris vnquam:
Hercle hunc menſem vertentem credo ſeruibit tibi.
Do. Ita velim quidē hercle.To.optata vt cōueniāt:operā addito.
Nihil adhuc peccauit etiam.Do.vbi tu nata es?Per.vt mihi
Mater dixit in culina in angulo ad leuam manum.
To. Hæc erit tibi fauſta meretrix.nata eſt in calido loco:
Vbi rerum omnium bonarum copia eſt ſæpiſſime.
Tactus eſt leno.qui rogaret vbi nata eſſet diceret.
Lepide luſit.Do.at ego patriam te rogo quæ ſit tua.
Per. Quæ mihi ſit:niſi hæc vbi nūc ſum.Do.at ego illam quęro:
Quæ fuit.Per.omne ego ꝑ nihilo eſſe ducto:qđ fuit:quādo fuit:
Tanquam hominem quando animam efflauit:quid eum quęras
Qui fuit?To.ita me di bene ament ſapienter:atq; equidem
Miſeret tamen.Do.ſed tamen virgo quæ patria eſt tua:
Age mihi actutum expedi.quid taces?Per.dico equidē patriam.
Quando quidem hic ſeruio: hæc patriaſt mea.To.iam de iſtoc
Rogare omitte.non vides nolle loqui:ne ſuarum ſe miſeriarum
In memoriam inducas.Do.quid eſt captus ne eſt pater?
Per. Non captus:ſed quod habuit:id perdidit.To.hęc erit bono
Genere nata.nihil ſcit niſi verum loqui.Do.quis fuit?
Dic nomen.Per.quid illum miſerum memorem qui fuit.
Nunc & illum miſerum & me miſeram æquum eſt nominarier.
Do. Quiuſmodi is in pplo habituſt?Pe.nemo qſquā acceptior.
Serui liberiq; amabant.To.hominem miſerum prædicas:

Cũ ipſius prope perditus eſt: & beneuolentis perdidit. Do. etiam
Opinor. To. etiam opinor. Do. ſummo genere eſſe arbitror.
To. Diuitias tu ex iſtac facies: ac facies. Do. ita di faxit. To. em̃ mõ.
Per. Iam hoc tibi dico. iã actutũ ecaſtor meus pater vbi me ſciet
Veniſſe: huc aderit. hic & me abſentem redimet. To. quid nunc?
Do. Quid eſt? To. audin quid ait? Per. nam & ſi res ſunt fractæ:
Amici ſũt tamẽ. Do. neſis plora. libera eris actutũ: ſi crebro cades.
Vin mea eſſe? Per. dum quidem ne nimis diu tua ſim: volo.
To. Satin: vt meminit libertatis. dabit hæc tibi grandis bolos.
Age ſi quid agis. ego ad hunc redeo. ſequere. reduco hanc tibi.
Adoleſcens vin vendere iſtanc? Sa. magis libet quam perdere.
To. Tum tu pauca in verba confert. quid datur: tanti indica.
Sa. Faciam ita: vt te velle videam: vt emas. habe tibi centũ minis.
Do. Nimiumſt. Sa. octoginta. Do. nimiũſt. Sa. nũmus abeſſe hic
Non poteſt. quid nũc dicam? Do. quid id eſt ergo eloquere actutũ:
Atq; indica. Sa. tuo periculo ſexaginta hæc datur argenti minis.
Do. Toxile quid ago? To. di deæq; te agitãt irati & ſcel⁊: qui hac
Non properes deſtinare. Do. habebo. Co heu prædatus probe.
Abi argentum effer huc. non ædepol minis trecentis
Caraſt. feciſti lucri. Sa. heus tu etiam pro veſtimentis huc
Decem accedant minæ. Do. abſcedent enim: non accedent.
To. Taceſis. non tu illum vides quærere anſam: infectum vt
Faciat. abis ne atq; argentum petis.
Do. He⁊ tu ſua iſtũ. To. qn tu is ĩtro. Do. abeo atq; argẽtũ affero.

Toxilus. Sagariſtio ſerui. Perſa virgo.

HEdepol dediſti virgo operam laudabilem. probam. &
Sapientem. & ſobriam. Per. ſi quid bonis boni fit: eſſe
Idem & graue & gratum ſolet. To. audin tu perſa: vbi
Argentum ab hoc acceperis: ſimulato quaſi eas prorſum in nauẽ.
Per. Ne doce. To. per angiportum rurſum te ad me recipito
Illac per hortũ. Per. quod futurũ eſt: prædicas. To. at ne ſcũ argẽto
Protinam permutes domũ: moneo te. Per. quod te dignumſt: me
Dignum eſſe vis. Sa. tace. parce voci. præda progreditur foras.

Dordalus leno. Toxilus ſeruus. Sagariſtio.

PRobati hic argẽti ſunt ſexaginta minę. duob⁊ nũmis min⁊ ẽ.
Sa. Qui ei nummi ſunt? Do. cruminam hanc eme: aut face
Vt remigret domũ. Sa. ne non ſat eſſes leno: id metuebas miſer:
Impure: auare: ne cruminam amitteres? To. ſine quæſo. quando
Lenoſt: nihil mirũ facit lucro faciũdo. Do. ego auſpicaui ĩ hũc diẽ.

Nihil mihi tam paruiſt: q̄n me id pigeat ꝑdere.age accipe hoc ſis.
Nunqd cæterū? Sa.huic in collū niſi piget:impono nr̄o. Do.fiat.
Sa.Ecquid me voltis? To.quid tam properas? Sa.ita negociunſt.
Mandata æque ſunt.volo deferre epiſtolas.geminum autem
Fratrem ſeruite audiui hic meum.tum ego vt requiram:atq;
Vt redimā volo.To.atq; ędepol tu me cōmonuiſti haud male.
Videor vidiſſe hic forma perſimilē tui eadē ſtatura.Sa.qppe qui
Frater ſiet.Do.quid attinet nos ſcire? Sa.auſculta ergo:vt ſcias.
Vaniloquidorus virginiuendo.nugipilo qui des argentum
Extenebronydes.te digni loquides.num des expalponides.
Quod ſemel arripides nunquam eripi.Do.heu hercle nomen
Multis modis ſcriptunſt tuum.Sa.ita ſunt perſarum mores.
Longa nomina contortiplicata habemus.Do.nunquid
Cæterum voltis? vale.Sa.& vos.nam animus in nauiſt meus.
Do. Cras ire potius.hodie hic cœnares.vale.

Toxilus ſeruus.Dordalus leno.Saturio paraſitus: Virgo pſa.

DO ſtq; illic abiit:dicere hic qd vis licet.nę hic tibi dies inluxit
Lucrificabilis.nā nō emiſti hāc:verū feciſti lucrū.D.ille qdem
Iam ſcis qd negocii geſſerit:q mihi fortunā meo ꝑiculo vēdidit.
Argentum accepit.abiit.qui ego nunc ſcio an iam adferatur
Hæc manu.q̄ illū ſequar? in pſas? nugas.To.credidi gratū fore
Beneficiū meū apud te.Do.imo equidē gratiā tibi toxile habeo.
Nā ſenſi te ſedulo mihi dare bonā operā.To.tibin ego? imo ſerui.
Do. At at oblit⁹ ſū int⁹ dudū edicere:q̄ volui edicta.adſerua hāc.
To. Saluaſt hęc qdē.Pe.pater nūc ceſſat.To.qd ſi admoneam?
Pa. Tēpus ē.To.he⁹ ſaturio exi.nūc ē illa occaſio inimicū vlciſci.
Sa.Ecce m̄ nūqd morror? T.age illuc abſcedē ꝓcul ecōſpectu.tace
Vbi cū lenōe m̄ videbis cōloq:tū turbā facito.Sa.dictū ſapēti ſat ē

Dordalus leno.Toxilus ſeruus.

TRanſcidi loris oīs aduenīes domi.ita mihi ſuppellex ſquallet
Atq; ędes meę.T.redis tu tādē. D.redeo.T.nę ego hodie tibi
Bonam vitam feci.Do.fateor habere gr̄am.To.nū qppiam aliud
Me vis? Do.vt bene ſit tibi.To.pol iſtuc quidem om̄e etiam ego
Vſurpabo domi:nam iam inclinabo me cum liberta tua.

Saturio paraſitus.Dordalus leno.Virgo.

NIſi ego illū hoīem pdo perii.Sa.atq; optīe eccū ip̄m an̄ ędes.
Pe.Salue m̄ltū mi pr̄.Sa.ſalue mea gnata.Do.pſa me peſſūde
Pe. Pr̄ hic me⁹ ē.Do.hē qd pr̄? perii oppido.qd ego igitur (dit.
Ceſſo infœlix lamētarier m̄nas ſexagīta? Sa.ego pol te faciā ſcelus

Te quoq; etiam ipſum vt lamenteris. Do. occidi. Sa. age ambula
In ius leno. Do. qd me in ius vocas? Sa. illic apud prætorē dicam.
Sed in ius voco. Do. nō ne anteſtaris? Sa. tuan ego cauſa carnufex
Cuiquā mortali libero auris atterā: q hic cōmercaris ciuis hoīes
Liberos? Do. ſine dicā. Sa. nolo. Do. audi. Sa. ſurdus ſum. ambula.
Sequere hac. Do. ſceleſta fles virginaria. Sa. ſeq̄re hac mea gnata
Me vſq; ad prætorem. Pe. ſequor.

Toxilus. Sagariſtio ſerui duo. Mererrix lenniſcilene.

HOſtib⁹ victis. ciuib⁹ saluis. re placida. pacib⁹ pfectis. bello extī
Re bñ geſta. ītegro exercitu & pſidiis: cū bñ nos iupiter (cto.
Iuuiſti: diq; alii oēs cœlipotētes: eas vobis habeo grates: atq; ago.
Quia pbe ſum vltus meū inimicū. nunc ob eā rē inter participes
Diuidam prædam: & participabo. ite foras. hic volo ante oſtium
Et ianuā meos participes bñ accipere. ſtatuite hic lectulos. ponite
Hic quæq; adſolēt hic ſtatui volo. primū aqnula: mihi vñ ego oēs
Hilaros. ludētis. lętificantis faciam: vt fiant: quorum opera hęc
Mihi familia factu facta ſūt: q̄ volui effieri. nā improbus ē homo:
Qui beneficiū ſcit ſumere: & reddere neſcit. Lem. toxile mi cur
Ego ſine te ſum? To. cur autem tu ſine me es? Lem. age dum ergo
Accede ad me. atq; amplecteres ſis. To. ego vero nihili hoc magis
Dulceſt. Lem. ſ; amabo ocul⁹ me⁹ quū ī lectis nos actutū cōmo-
Oīa q̄ tu vis: ea cupio. To. mutua fiūt a me. age age ergo (dam⁹?
Tu ſagariſtio accūbe ī ſūmo. Sa. ego. nihil cedo parē quē pepegi.
To. Tempori. Sa. mihi iſtuc tempori ſeroſt.
To. Age accumbe. hūc diē ſuauē meū natalē agitemus amœnū.
Date aquam manſbus. apponite menſam. do hanc tibi florentē
Florenti. tu hic eris dictatrix. nobis age puere a ſummo
Septennis cyathis cōmitte hos ludos. moueamus. ppera. (micę
Pęgniū trade cyathos m̄ das cede ſane. bñ m̄. bñ vobis. bñ meę a-
Optat⁹ hic m̄ dies dat⁹ hodie ſt ab dis: qa te licet liberā meāplecti.
Lem. Tua fctm̄ opa bñ oīb⁹ nobis. hę meę manus tuę poculū do
Vt amantē amāti decet. To. cedo. Lem. accipe. To. bene ei (nant
Qui inuidet mihi: & ei qui hoc gaudio gaudet.

Dordalus leno. Toxilus. Sagariſtio ſerui.
Lemniſcilene. Pægnium.

QVi ſūt: q erūt: qq; fuerūt: qq; futuri ſūt poſt hac: ſol⁹ ego oīb⁹
Antideo facile miſerrim⁹ hoīs vt viuā. pii. iterii. peſſim⁹ hic m̄
Dies hodie inluxit: corruptor ita me toxilus perfabricauit: itaq;
Meam rem diuexauit. vehiculum argenti miſer eieci. amiſi; neq;

Quãobrẽ eieci habeo:q̃ illũ pſam atq̃ oẽs perſas atq̃ etiã oĩes
Perſonas male di oẽs perdãt:ita miſer toxilus hęc mihi cõſtituit:
Quia ei fidem nõ habui argenti:eo mihi eas machinas molitu'ſt.
Quem pol vt nõ incruciatum atq̃ in cõpedis cogam ſi viuam:
Si q̃dẽ huc vnq̃ herus redierit eius:qđ ſpero.ſed qđ ego aſpicio.
Hoc vide quæ hæc fabulaſt.pol hic quidem potant.adgrediar.
O bone vir ſalueto.& tu bona liberta.To.dordalus hic q̃dẽ eſt.
Sa. Quin iube adire.To.adi ſi libet.agite adplaudamus.
Dordale homo lepidiſſime ſalue.locus hic
Tuus eſt.hic accumbe.ferte aquam pedibus.præben tu puere?
Do. Næ ſis me vno digito attigeris:næ te ad terrã ſcelus adfligã.
To. At ego tibi hoc continuo cyatho oculum excutiam tuum.
Do. Quid ais crux?ſtimulorũ tritor:quo mõ me hodie verſauiſti?
Vt me in trichas cõieciſti?quo mõ de pſa manus mihi addita ſt?
To. Iurgiũ hĩc auferas:ſi ſapias.Do.at bona liberta hęc ſciuiſti:
Ea me celauiſti?Lem.ſtultitia ſt:cui bene eſſe licet:eum præuorti
Litib9.poſteri9 iſta hęc te magi par agere ſt.Do.vritur cor mihi.
To. Da illi cãtharũ.extingue ignẽ:ſi cor vritur:caput ne ardeſcat.
Do.Ludos me facitis ĩtelligo.To.vĩ ciedũ nouũ tibi dari?pęgniũ
Quin lude:vt ſoles:q̃ñ liber locu ſt.hic hui babę baſilicæ
Te intuliſti & facete.Pe.decet me facetum eſſe:& hunc irridere
Lenonẽ lubidoſt:q̃ñ dignu ſt.To.pge vt cœpas.Pe.hoc leno tibi
Peri pculit.Do.me ppe.Pe.hẽ ſerua rurſũ.Do.delude vt lubet:
Herus dũ hinc abeſt.Pe.viden vt tuis dictis pareo?ſed qn tu meis
Cõtra itẽ dictis ſeruis:atq̃ hoc qđ tibi ſuadeo ſcias?Do.q̃dẽ ẽ id?
Pe. Reſti tu tibi cape craſſã:ac ſuſpẽde te.Do.caue ſis me attigas:
Ne tibi hoc ſcipione malum magnum demutere:te condono.
To. Iam iam pægnium da pauſam.Do.ego pol vos
Eradicabo.Pe.at te ille qui ſupra nos habitat:q tibi male volt:
Maleq̃ faciet.nõ hi dicunt:verũ ego.To.age circunfer mulſum.
Bibere vſq̃ plenis cantharis.iamdiu factum eſt:poſtq̃ bibimus.
Nimis ſicci ſumus.Do.di faciãt vt id bibatis:qđ vos nũq̃ trãſeat.
To. Neq̃ leno qn tibi ſaltẽ ſtaticulũ:olĩ quẽ hegea faciebat.vide
Vero ſi tibi ſatis placet:me quoq̃ volo reddere:diodorus quem
Olĩ faciebat ĩ ionia.Do.malũ ego vobis dabo:niſi abitis. (denuo.
To. Etiam mutis impudẽs?iã ego tibi ſi me inritaſſis pſã adducã
Do. Iã taceo hercle.atq̃ tu pſa es:q me vſq̃ admutilauiſti ad cutẽ
To. Tace ſtulte:hic ei9 gẽinus ẽ fr.Do.hiccie ſt?To.ac gemiſſim9.
Do. Di deæq̃ & te & geminũ fratrẽ excrucient.Sa.qui te pdidit.

Nam ego nihil merui. Do. at eni qđ ille meruit: tibi id obſit volo.
To. Agite ſultis: hūc ludificemus: niſi indignuſt. Sa. non opuſt.
Lem. At me haud par ē. To. eo credo qa ñ ic ōciliauit: cū te emo.
Lem. Attamen nō tamē. To. caue ergo ſis malo: & ſequere me.
Lem. Te mihi dicto audiētē eſſe addecet. To. nā hercle abſq; me
Foret meo præſidio: hic faceret te proſtibulam propediem.
Sed ita pars libertinorum eſt: niſi patrono qui aduerſatus eſt:
Nec ſatis liber videtur. nec ſatis frugi. nec ſat honeſtus.
Ni illi officit ni ei maledixit. ni grato ingratus repertus eſt.
Lem. Pol. benefacta tua me hortantur: tuo imperio paream.
To. Ego ſum tibi patronus plane: qui huic pro te argētū dedi.
Hic eſt hic eſt: hunc volo ludificari. Lem. meo ego in loco ſedulo
Curabo. Do. certo illi homines mihi neſcio quid mali conſulunt:
Quid faciant. Sa. heu vos. To. quid ais? Sa. hiccine dordalus eſt
Leno: qui hic liberas virgines mercatur? hiccineſt qui fuit
Quondā fortis? Do. quæ hęc res eſt? hei colaphū icit. malū vobis
Dabo. To. at tibi nos dedimus dabimuſq; etiam. Do. hei nates
Peruellit. Pęg. licet. iam diu ſæpe ſunt expunctæ. Do. loquere
Tu etiam fruſtum pueri. Lem. patrone i intro amabo ad cœnam.
Do. Mea ignauia tu nūc me irrides? Lem. quia nec te volo bene
Vt tibi ſit. Do. nolo mihi bene eſſe. Lem. ne ſit. To. quid igitur
Sexcenti nummi quid agunt? quas turbas danunt? Do. malę
Diſperii: ſciunt referre probe inimico gratiam. To. ſatis
Sumpſimus ſupplicii iam. Da. fateor manus vobis do.
To. Et poſt dabis ſub furcis. abi intro in crucem: an ne hic parū
Feci? Do. tum hiſce habent conueniſſe te toxillum. To. me.
Spectatores bene valete. leno periit. plaudite.

## Argumentum in Plautii Rudentē.

REte piſcator de mari extraxit vidulum:
Vbi erant herilis filiæ crepundia:
Dominum ad lenonem quę ſurrepta venierat:
Ea in clientelam ſuſcepta imprudens patris
Naufragio eiecta deuenit: cognoſcitur:
Suoq; amico pleuſidippo iungitur.

### Arcturus.

QVi gentes omnes mariaq; & terras mouet:
Eius ſum ciuis ciuitate cælitum:
Ita vt videtis ſum ſplendens ſtella candida:

Signum quod ſemper tempore exoritur ſuo:
Hic atq; in cœlo nomen arcturo eſt mihi.
Noctu ſum in cœlo clarus: atq; inter deos
Et inter mortales ambulo interdius.
Et alia ſigna de cœlo ad terram occidunt.
Qui eſt imperator diuum atq; hominum iupiter:
Is nos per gentis alium alia diſparat
Qui facta hominum: mores pietatem. & fidem
Noſcamus: vt quemq; adiuuet opulentia.
Qui falſas litis falſis teſtimoniis petunt:
Quiq; in iure abiurant pecuniam:
Eorum referimus nomina exſcripta ad iouem.
Quotidie ille ſcit quis hic quærat malum.
Qui hic litem adipiſci poſtulant periurio.
Mali res falſas qui impetrant apud iudicem.
Iterum ille eam rem iudicatam iudicat.
Maiore mulcta mulctat: quam litem auferunt.
Bonos in aliis tabulis exſcriptos habet:
Atq; hoc ſceleſti in animum inducunt ſuum.
Iouem ſe placare poſſe omnibus hoſtiis:
Et operam & ſumptum perdunt. ideo
Fit quia nihil acceptum eſt a periuriis.
Supplicii facilius ſi qui pius eſt a dis ſupplicans
Quam qui ſceleſtus eſt inueniet veniam ſibi.
Idcirco moneo vos ego hæc: qui eſtis boni:
Quiq; ætatem agitis cum pietate & cum fide
Retinete porro poſt factum vt lætemini.
Nunc huc qua cauſa veni: argumentum eloquar.
Primum dum huic eſſe nomen vrbi diphilus
Cyrenas voluit. illic habitare demones
In agro atq; villa proxima propter mare
Senex: qui huc athenis exul venit haud malus.
Neq; is adeo propter malitiam patria caret.
Sed dum alios ſeruat: ſe impediuit. interim
Rem bene partam comitate perdidit.
Huic filiola virgo periit paruula.
Eam de prædone vir mercatur peſſimus:
Is eam huc cyrenas leno aduexit virginem.
Adoleſcens quidam huius ciuis atticos

Eam vidit ire e ludo fidicinio domum.
Amare occœpit.ad lenonem deuenit.
Minis triginta ſibi puellam deſtinat.
Datq; arabonem:& iureiurando alligat.
Is leno:vt ſe æquum eſt:flocci non fecit fidem:
Neq; quod iuratus adoleſcenti dixerat.
Ei erat hoſpes parui ſiculus ſenex
Sceleſtus agrigentinus vrbis proditor.
Is illius laudare infit formam virginis:
Et aliarum itidem quę eius erant mulierculæ.
Infit lenoni ſuadere:vt ſecum ſimul
Eat in ſiciliam:ibi eſſe homines voluptarios.
Dicit poteſſe ibi eum fieri diuitem.
Ibi eſſe quæſtum maximum meretricibus
Perſuadet.nauis clanculum conducitur.
Quidquid erat noctu in nauem comportat domo
Leno:adoleſcenti qui puellam ab eo emerat:
Ait ſeſe veneri velle votum ſoluere.
Id hic eſt veneris fanum:& eo adprandium
Vocauit adoleſcentem:huc ipſe hinc illico
Conſcendit nauem.auehit meretriculas.
Aduleſcenti alii narrant:vt res geſta ſit.lenonem
Abiiſſe ad portum.aduleſcens venit.
Illorum nauis longe in altum abſceſſerat.
Ego quoniam video virginem aſportarier:tetuli
Et auxilium & lenoni exitium ſimul.
Increpui hibernum:&fluctus moui maritimos.
Nam arcturus ſignum ſum omnium acerrimum
Vehæmens ſum exoriens:cum occido vehementior.
Nunc ambo in ſaxo leno atq; hoſpes ſimul
Sedent eiecti.nauis confracta eſt.
Iis illa autem virgo:atq; altera itidem
Ancilla de naui timidę deſiluerunt in ſcapham.
Nunc eas ab ſaxo fluctus ad terram ferunt
Ad villam illius exul vbi habitat ſenex:
Cuius deturbauit ventus tectum & tegulas
Et ſeruus illic eſt eius:qui egreditur foras
Adoleſcens huc iam adueniet:quem videbitis
Qui illam mercatuſt de lenone virginem.

Valete:vt hoſtes veſtri diffidant ſibi.

Sceparnio ſeruus.

PRoh di immortales tempeſtatem cuiuſmodi
Neptunus nobis nocte hac miſit proxima.
Detexit ventus villam.quid verbis opuſt?
Non ventus fuit:verum alcumene euripidi:
Ita omnes de tecto deturbauit tegulas.
Illuſtrioris fecit:feneſtraſq; indidit.

Pleuſippus.Dæmones.Sceparnio ſeruus.

ET vos a veſtris adduxi negociis: neq; id ꝓceſſit: q̃ vos duxi
Neq; qui lenonē ad portū p̄hēdere.i; mea deſidia ſpē (gr̃a.
Deſerere nolui:eo vos amici detinui diuti9.nūc huc ad veneris
Fanum venio viſere.rem diuinam ſe facturum dixerat.
De. Si ſapiā:hoc qđ me mactat:cōcinem lutum. Sce.prope me
Hic neſcio quis loquitur.De.heu ſceparnio. Sce q nominat me?
De. Qui ꝑ te argentū dedit. Sce.quaſi me tuum eē ſeruū dicas?
De. Luto vſus multo multam terram confode.
Villam integundam intelligo totam mihi.nam nūc perlucet ea
Quā cribrū crebrius.Ple.pr̄ ſalueto amboq; adeo.De.ſaluus ſis.
Sce. Sed vtrū tu vir ne an fœmina es:q illū patrē voces?Ple.vir
Sum equidem.De.quære vir porro patrem:filiolam ego vnam
Habui.eam vnam perdidi.virile ſexus nunquam vllum habui.
Ple. At di dabūt.Sce.tibi qdem hercle qſquis es magnū malum:
Qui orōne nos hic occupatos occupes.Pl. iſticcie vos habitatis?
Sce. Qui tu id q̄ritas?an q̄ furatū mox venias:veſtigas loca.
Plē. Peculioſum eſſe decet ſeruum & probum:quē hero p̄ſente
Prætereat oratio.aut qui inclementer dicat homini libero.
Sce. Et impudicum & impudentem hominem addecet
Moleſtum vltro aduenire ad alienum domum:cui debeatur
Nihil.De tace ſceparnio.quid opus adoleſcens?Ple.iſti
Infortunium qui præfeſtinet:vbi herus adſit prꝫloqui.
Sed niſi moleſtunſt:paucis percontarier volo ego ex te.
De. Dabitur opa atq; ī negocio.Sce.qn tu in paludē is:exagitaſq;
Harundines:qui pertegamus villam:dum ſudunſt.De.tace.
Tu ſiquid opus eſt dice.Ple.d c quod te rogo.ecquem tu hic
Hominē criſpum:incanū videris.malum.periurum.palpatorē.
De. Plurios nā ego ꝓpter eiuſmōi viros viuo miſer.Ple.hic dico
In fanum veneris qui mulierculas duas ſecum adduxit:quiq;
Adornaret ſibi:vt rem diuinam faciat aut hodie aut heri.

De. Non hercle adoleſcẽs iam hos dies compluſcos quẽquã iſtic
Te in crimen populo ponat at҃ infamiam. non temere dicant
Te benignũ virgini datam tibi dotem ei: quam dares eius a patre
Ex ea largitate illi: ne҃ ita vt ſit data columen te ſiſtere illi:
Et detraxiſſe autument. nunc ſi opperiri vis aduẽtum charmidis
Perlongunſt. huic ducendi interea abſceſſerit. Cal. nam hercle
Omnia iſtæc veniũt in mentẽ mihi. Me. vide ſi hoc vtibile magis
At҃ in rẽ deputas; vt adeas leſbonicum: edoceas vt res ſe habet.
Cal. vt Ego nunc adoleſcenti theſaurum indicem indomito:
Pleno amoris: ac laſciuiæ! minime hercle vero: nam certe ſcio
Locum quo҃ omnem vbi ſituſt comederit: quem fodere
Metuo: ſonitum ne ille exaudiat: neu ipſam rem iudicet:
Dotem dare ſi dixerim. Me. quo pacto ergo agetur! Ca. clam dos
Depromi poteſt: dum occaſio ei reperiatur. interim ab amico
Alicunde argentũ rogẽ. Me. potin eſt ab amico alicũde exorari!
Ca. Poteſt. Me. gerrę ne tu illud verbũ actuũ inueneris. mihi qdẽ
Hercle non eſt quod dem mutuum. Cal. malim hercle vt verum
Dicas: q҃ fides mutetur. Me. ſed vide conſilium ſi placet.
Ca. Quid cõſiliſt! Me. ſcitũ: vt ego opinor cõſiliũ iueni. Ca. qdẽ!
Me. Hõ cõducatur aliqs iam quãtũ poteſt: quaſi ſit peregrinus.
Cal. Quid is ſcit facere poſtea! Me. is homo exornetur graphice
In peregrinũ modũ: ignota facie: q̃ nõ viſa ſit. falſidicus. cõfidẽs.
Ca. Quid tũ poſtea! Me. quaſi ad adoleſcẽtẽ a patre ex ſeleucia
Veniat. ſalutem ei nunciet verbis patris illum bene gerere rem
Et valere & viuere & eum rediturum actutum. ferat
Epiſtolas duas: eas nos conſignemus: quaſi ſint a patre.
Det alteram illi: alteram dicat tibi dare ſeſe velle. Cal. perge
Porro dicere. Me. ſe҃ aurum ferre virgini dotem a patre
Dicat: patrem҃ id iuſſiſſe aurum tibi dare. tenes iam!
Cal. Propemodũ at҃ auſculto perlubẽs. Me. tũ tu igitur demũ
Adoleſcẽti aurum dabis: vbi erit locata virgo in matrimonium.
Cal. Scite hercle ſane. Me. hoc vbi theſaurũ effoderis: ſuſpitionẽ

Ab adoleſcente amoueris.cenſebit aurum eſſe a patre alienatū.
Tibi tu de theſauro ſumes.Cal.ſatis ſcite & probe:
Quamq̄ hoc me ætatis ſycophantari pudet.ſed epiſtolas
Quando obſignatas adferet:ſi quando obſignatas
Attulerit epiſtolas:non ne arbitraris eum aduleſcentum anuli
Paterni ſigum noſſe?Me.etiam tu taces?ſexcentæ ad eam
Rem cauſæ poſſunt conligi.illum quem habuit:perdidit.
Alium poſt fecit nouum.iam ſi obſignatas non feret: dici hoc
Poteſt:apud portitorem eas reſignatas:ibi inſpectaſq; eſſe.
In huiuſmodi negotio diem ſermonē terere ſegnicies meraſt.
Quāuis ſermones poſſunt longi texier.abi effodias aurum
Iam confeſtim clanculum.ſeruos.ancillas amoue.atq; audin?
Ch. Quid eſt?Me.vxorem quoq; ipſam hāc rem vt celes face.
Nam pol tacere nunq̄ quicq̄ quod queat.
Quid nunc ſtas?quin tu te hinc amoues:& te moues.aperi.
Depromeinde auri ad hanc rem quod ſat eſt.continuo
Operito denuo.ſed clanculum ſicut præcepi cunctos
Exturba ędibus.Cal.ita faciam. Me.at enim nimis
Longo ſermone vtimur.diem cōficimus.quod iam properatoſt
Opus:nihil eſt de ſigno:quod vereare.me vide.Cal.lepida eſt
Illa cauſa:vt commemoraſti dicere:apud portitores eſſe
Inſpectas.Me.deniq; diei tempus non vides? qui illum putas
Natura illa atq; ingenio:iam dudum ebriuſt.quid vis
Probari poterit tum quod maxumunſt adferre: non petere
Iſce dicet.Cal.iam ſat eſt.Me.ego ſycophantam iam conduco
De foro:epiſtolaſq; iam conſignabo duas:eumq;
Huc aduleſcentem meditatum probe mittam.Cal.eo
Ego igitur intro ad officiū meū.tu iſtuc age. Me.actum reddam.

Charmides ſenex.

SAlſipotenti & multipotēti iouis fratri & nerei neptune
Let⁹ lubēs laudes ago:& grates grāſq; habeo & fluctib⁹ ſalſis
Cum penes te poteſtas omnis quidem foret & meæ vitæ:
Quoniam tuis me ex locis in patriam redeam facis:
Atq; neptune tibi ante alios deos gratias ago:atq; habeo ſūmas.
Nam te omnes ſæuūq; ſeuerūq; atq; auidis moribus cōmemorāt
Spurcificum.immanem.intolerandum.veſanum:contra opera
Expertus.nā pol placido te & clemēti meo vſq; mō:vt volui vſus
Sum in alto: atq; hāc tuam gloriam iā ante auribus acceperam.&
Nobiles apud homines pauperibus te parcere ſolitum.diuites
Damnare atq; domare.abi.laudo.ſcis ordine vt æquunſt

Tractare hoĩes.hoc dis dignuuſt.ſemper mendicis modeſti ſunt.
Fidus fuiſti.infidum eſſe iterāt.nā abſq3 foret te:ſat ſcio in alto
Diſtraxiſſent:diſq3 tuliſſent ſatellites tui me miſerum foede:
Bonaq3 omnia.item vna mecū paſſim ceruleos per campos.ita
Quaſi canes haud ſecus circunſtabant nauem turbines.venti.
Imber.fluctuſq3 atq3 procellæ infenſæ.fregere malum.
Ruere antennas.ſcindere vela:ni tua pax propitia foret præſto.
Apage me ſis deĩde hĩc:certunſt ocio me dare.ſatis partū habeo
Quibus ærumnis deluctaui:filio dū diuitias quero.ſed qs hic eſt
Qui in plateam ingreditur cum nouo ornatu ſpecieq3 ſimul?
Pol quanq̃ domum cupio:opperiar quam hic rem gerat.
Sycophanta.Charmides ſenex.

HVic ego diei nomen trinummo faciā. nā ego operam meam
Trib9 nūmis hodie locaui ad artes nugatorias aduenio ex ſe-
Macedõia.aſia atq3 arabia:q̃s ego neq3 oclis neq3 pedib9 (leucia.
Vnq̃ vſurpaui.viden egeſtas quid negocii dat homini
Miſero mali?qui ego nūc ſubigor trium nūmorum cauſa:vt has
Epiſtolas dicam ab eo hoĩe me accepiſſe:quē ego q ſit hõ:neſcio.
Neq3 noui.neq3 nat9 nec ne is fuerit:id ſolide ſcio.Ch.pol.hic qdē
Fungino genere eſt.capite ſe totū tegit.illurica facies videtur
Hominis.eo ornatu aduenit.Sy.ille qui me cõduxit:vbi cõduxit:
Adduxit domum.quæ voluit mihi dixit. docuit & p̄monſtrauit
Prius quomodo quidq3 agerem.nunc adeo ſiquid ego addidero
Amplius:eo conductor melius de me nugas conciliauerit.
Vt ille me exornauit:ita ſum ornatus.argentum hoc facit.
Ipſe ornamenta a chorago hęc ſumpſit ſuo periculo: nunc
Ego ſi potero ornamentis hominem circunducere dabo operā:
Vt me eſſe ipſum plane ſycophantam ſentiat.Char.q̃ magis
Specto:minus placet mihi hęc hominis facies.mira ſunt
Ni illic homoſt aut dormitator:aut ſector zonarius loca 
Contemplat.circunſpectat ſeſe:atq3 ædis noſcitat.credo
Aedepol quo mox furatū veniat:ſpeculatur loca magis.lubidoſt
Obſeruare qd agat.ei rei opa3 dabo.Sy.has regiões demõſtrauit
Mihi ille conductor meus.apud illas ædis ſiſtendæ mihi ſunt
Sycophantiæ.fores pultabo.Ch.ad noſtras ædes hic quidem
Habet rectam viam.hercle opinor mihi aduenienti hac noctu
Agitandæ ſunt vigiliæ.Sy.aperite hoc:aperite.heus ecquis
His foribus tutelam gerit? Ch.quid aduleſcēs quæris? quid vis?
Quid iſtas pultas?Sy.heus ſenex cenſus cenſitori recte

Rationem dedi.leſbonicum hic adoleſcentem quæro:in his
Regionibus vbi habitet:& item alterū ad iſtāc capitis albitudinē:
Calliclen aiebat vocari:qui has mihi dedit epiſtolas.
Ch. Meum gnatū hic quidē leſbonicum quęrit:& amicū meum
Cui ego liberoſq; bonaq; cōmendaui calliclen.Sy.fac me ſi
Scis certior hiſce homīes vbi habitēt pater. Ch.quid eos quęris?
Aut quis es?aut vnde es?aut vnde aduenis?Sy.multa ſimul
Rogitas.neſcio quid expediam potiſſimum.ſin vnum quicquid
Singillatim & placide percunctabere:& meum nomen &
Mea facta & itinera ego faxo ſcias.Ch.faciam ita vt vis.
Agedum nomen tuum primum memora mihi.Sy.magnum
Facinus incipis ſic petere.Ch.quid ita?Sy.quia pater
Si ante lucem ire occipias a meo primo nomine: concubium
Sit noctis prius q̄ ad poſtremum perueneris.Ch.opus
Factoſt & viatico ad tuum nomen:vt tu prædicas.Sy.eſt
Minuſculum alterū quaſi vaſculum vinarium.Ch.hic homo
Solide ſycophanta eſt.quid ais tu adoleſcens?Sy.quid eſt?
Ch. Eloquere iſti quid homines debent:quos tu quęritas?
Sy. Pater iſti9 adoleſcētis dedit has duas mihi epiſtulas leſbonici.
Ch. Mihi eſt amicus.teneo hunc manifeſtarium.me ſibi
Epiſtulas dediſſe dicit.ludam hominem probe.Sy.ita vt
Occœpi:ſi animum aduortas dicam.Ch.dabo operam tibi.
Sy. Hanc me iuſſit leſbonico ſuo gnato dare epiſtulam.
Et item hanc alterum ſuo amico callicli iuſſit dare.
Ch. Mihi quoq; ædepol q̄m̄ hic nugatur:cōtra nugari lubet.
Vbi ipſe erat?Sy.bene rem gerebat.Ch.ergo vbi?
Sy. In ſeuleucia.Ch.ab ipſon iſtas accepiſti?Sy.e manibus
Dedit mihi ipſe in manus.Ch.qua facie eſt homo?
Sy. Seſquipede quidē eſt q̄ tu longior.Ch.nouiſtin hominem?
Sy. Ridicule rogitas:quo cū vna cibū capere ſoleo.Ch.quod
Eſt ei nomen?Sy.quod ædepol homini probo.Ch.lubet
Audire.Sy.ille ędepol ille.ve miſero mihi.Ch.quid eſt
Negocii?Sy.deuoraui nomen imprudens modo.Ch.non
Placet qui amicos intra dentes cōcluſos habet.Sy.atq; etiam
Modo vorſabatur mihi in labris primoribus.Ch.tempori
Huic hodie anteueni.Sy.teneor manifeſto miſer.Ch.iam
Ne commentatus es nomen?Sy.deum hercle me atq;
Hominum pudet.Ch.vide homo vt hominem noueris.
Sy. Tanq̄ me.fieri iſtuc ſolet:quod in manu teneas

Atq; oculis videas:id deſideres litteris recomminiſcar.
Ch. Eſt principium nomini callicias? Sy.nō eſt.Ch.callippus?
Sy. Non eſt.Ch.calliclemides?Sy.non eſt. Ch.callinicus?
Sy. Non eſt.Ch.callimarcus?Sy.nil agis.neq; adeo ædepol
Flocciſacio:quando egomet memini mei. Ch.at enim multi
Leſbonici ſunt hic:niſi nomen patris dices: non monſtrare
Poſſum iſtos homines:quos tu quęritas.quod ad exemplum eſt
Coniectura ſi reperire poſſumus. Sy.ad hoc exemplum eſt.
Ch. An chares an charmides? Sy.hem
Iſtic erit:qui iſtum di perdant.Ch.dixi ego iamdudum tibi
Te potius benedicere æquumſt homini amico:q̄ male.
Sy. Satin inter labra atq; dentes latuit vir minimi precii.
Ch. Ne male loquare ei pn̄ti amico.Sy.qd ergo ille ignauiſſimus
Mihi latitabat.Ch.ſi appellaſſes reſpondiſſet nomine.
Sed ipſe vbi eſt? Sy.pol illum reliqui ad rhadamantē in cecropia
Inſula.Ch.qui homo eſt.ne inſipientior qui ipſe egomet
Vbi ſim q̄ritem.ſed nihil diſcōducit huic rei.qd ais? Sy.quid?
Ch. Hoc qđ te rogo: quos locos adiſti? Sy.nimium miris modis
Mirabiles.Ch.lubet audire niſi moleſtumſt.Sy.quin diſcupio
Dicere.omnium primum in pontum aduecti arabiam
Terram ſumus.Ch.eho an etiam arabiaſt in ponto? Sy.eſt:non
Illa vbi thus gnignitur:ſed vbi abſinthiū fit:atq; cunila gallinacea.
Ch. Nimium graphicū hūc nugatorē.ſed ego ſum inſipientior
Qui egomet:vnde redeam hunc rogitem:q̄ ego ſciam:atq; hic
Neſciat:niſi quia lubet experiri quo euaſuruſt deniq;.
Quod eſt tibi nomen adoleſcens? Sy.pax idem nomen mihi
Hoc quotidianumſt.Ch.ædepol nomen nugatorium: quaſi dicas
Siquid crediderim tibi pax periiſſe illico.ſed quid ais?
Quo inde iiſti porro. Sy.ſi animū aduortes eloquar.ad caput
Amnis:quod de cælo exoritur ſub ſolio iouis. Ch.ſub ſolio iouis?
Sy. Ita dico. Ch.e cęlo? Sy.atq; medio quidem.Ch.eho.an etiam
In cælum aſcendiſti.Sy.immo horiola aduecti ſumus
Vſq; aqua aduorſa per anienem.Ch.eho an etiam vidiſti
Iouem? Sy.calliclis ad villam aiebant ſerui depromptum cibum
Mandare porro.Ch.porro nolo quicq̄ prædices.
Sy. Eo hercle fies moleſtus.Ch.nam pudicum neminem
Eſſe oportet:qui abs terra ad cælum peruenerit.
Sy. Dimittam vt te velle video.ſed mōſtra hoſce homines mihi.
Hos ego quęro:quibus me oportet has deferre epiſtolas.

Ch. Quid ais tu nunc.ſi forte eum ipſum charmidē cōſpexeris:
Illum quem tibi iſtas dediſſe commemoras epiſtolas:
Noueris ne hominem?Sy.ne tu me ædepol arbitrare belluam:
Qui quidem non nouiſſe poſſim:qui cum ætatem exegerim?
An ille ita eſſet ſtultus:qui mille nummos crederet
Philippeum:quod me aurum deferre iuſſit ad gnatum ſuum
Atq; ad amicum calliclem:cui rem aiebat mandaſſe hic ſuam:
Mihi concrederet:ni me ille & ego illum noſſem probe?
Ch. Enimuero ego nunc.ſycophantæ huic ſycophantari volo:
Si hunc poſſum illis mille nummis philippeis circunducere:
Quos ſibi me dediſſe dixit:quem ego qui ſit homo neſcio:
Neq; oculis ante hunc diem vnquam vidi:ei nimirum crederem:
Cui ſi capitis reus ſiet:nummum nunq̄ credam plumbeum.
Adgrediundun ſt.hic hō maſtix. heus pax te trib⁹ verbis volo.
Sy. Vel trecētis. C.haben tu id aurū qđ accepiſti a charmide?
Sy. Atq; etiam philippeum numeratum illius in menſa manu
Mille nummos.Ch.nempe ab ipſo id accepiſti charmide?
Sy. Mirū qn ab auo ei⁹ aut proauo acciperē:qui ſunt mortui.
Ch. Adulescēs cedo dum iſtuc aurū mihi.Sy.quod ego aurum
Dem tibi?Ch.quod a me te accepiſſe faſſus.Sy.abs te accepiſſe?
Ch. Ita loquor.Sy.quis tu homo es?Ch.qui mille nummum
Tibi dedi:ego ſum charmides.Sy.neq; ędepol tu is es:neq; hodie
Is vnq̄ eris auro huic quidem.ac ſi ſis nugator nugari nugatori
Poſtulas.Ch.charmides ego ſum.Sy.nequicq̄ hercle es.
Nā nihil auri fero.nimis argute obrepſiſti meapſe occaſiuncula:
Poſtq̄ ego me aurum ferre dixi:poſt tu factus charmides.
Prius tu non eras:q̄ auri feci mentionem.nihil agis: proin tu
Te itidem vt charmidatus es:rurſum recharmida.
Ch. Quis ego ſum igitur:ſiquidē is nō ſum qui ſum?Sy.quid
Id ad me attinet:dum ille ne ſis:quem ego eſſe nolo. ſis mea
Cauſa quod lubet.prius nos is eras: qui eras.nunc is factus qui
Tu non eras.Ch.age ſiquid agis.Sy.quid ego agam?
Ch. Aurum redde.Sy.dormitas ſenex. Ch.faſſus charmidem
Dediſſe aurum tibi.Sy.ſcriptum quidem.Ch.properas:
An non properas abire auctutum ab his regionibus
Dormitator:priuſq̄ ego hic te iubeo multari male.
Sy. Quāobrem?Ch.quia illum quē ementitus es:ego ſum ipſus
Charmides:quem tibi epiſtulas dediſſe aiebas.Sy.eho q;
Es. Ch.is enimuero ſum.Sy.ain tu tandem is ipſus es?

Ch. Ipſus inq̃ charmides ſum. Sy. ergo ipſus ne es?
Ch. Ipſiſſimus. abi hinc ab oculis. Sy. eniuero ſerio q̃m aduenis:
Vapulas meo arbitratu & nouorum ædilium.
Ch. At etiam male dicis? Sy. immo ſaluus quando quidem
Aduenis: di te perdant: ſi te floccifacio. an periiſſe prius
Ego ob hanc operam argentum accepi: te macto infortunio.
Sed herum qui ſis: qui non ſis floccum. nam interdum
Ibo ad illum. renunciabo: qui mihi tris nummos dedit:
Vt ſciat ſe perdidiſſe. ego abeo. male viue. & vale.
Quod di te omnes aduecientem peregre perdant charmides.
Ch. Poſtq̃ ille hinc abiit: poſt loquendi libere videtur
Tempus veniſſe. atq̃ occaſio iam dudum meum ille
Pectus pungit aculeus: quid illi negocii fuerit ante ædis meas.
Nam epiſtula illa mihi concenturiat metum in corde:
Et illud mille nummum quam rem agat: nunq̃ ædepol
Temere tintinabulum niſi qui illud tractat aut mouet
Mutum tacet. ſed quis hic eſt qui huc in plateam curſurã incipit?
Lubet obſeruare quid agat. huc conceſſero.

Staſimus ſeruus. Charmides ſenex.

STaſime fac te propere celerẽ. recipe te ad dominum domum:
Ne ſubito motus exoriatur ſcapulis. ſulticiã abde. gradum
Adpropera. iamdudum factũſt cum abiſti domo.
Caue ſis tibi: ne bubuli in te cottabi crebri crepent.
Si abieris ab heri quæſtione: ne deſtiteris currere. ecce
Hominem te ſtaſime nihili ſat in thermopolio condalium
Es oblitus. poſtq̃ thermopotaſti gutturem. recipe te
Et recurre pede recenti. Ch. hic quiſquis eſt curculioſt?
Exercitoris hunc hominem curſuram docet. Sta. quid homo
Nihili non pudet te? tribus ne te pateris memora eſſe oblitum?
An vero quia cum frugi hominibus ibi bibiſti: qui ab alieno
Facile cohiberent manus. cerruchus fuit cerdonicus.
Grinnus. cercobolus. colabus. oculi crepidæ: crurii crepidæ.
Ferriteri: maſtigiæ: inter eos ne homines condalium te
Redipiſci poſtulas? quor ũ eorũ vnus ſubripuit currenti
Curſori ſolum. Ch. ita me di ament graphicum furem.
Sta. Quid ego quod periit. petam: niſi etiam laborem addam.
Num apponam hypothecam inſuper. quin tu quod periit
Periiſſe ducis. cape vorſoriam. recipe te ad herum. Ch. non
Fugitiuũſt hic homo commeminit domi. Sta. vtinam

Veteres mores veteris parſimoniæ potius maiori honori
Hic eſſent quam mores mali. Ch. di immortales baſilica hic qdē
Facinora inceptat loqui. Sta. qui quærit vetera amare: hunc
Morem maiorum ſciat. nam nūc mores nihil faciunt. quod licet:
Niſi quod lubet. ambitio iam more ſanctaſt liberaſt a legibus.
Scuta iacere fugereqꝫ hoſtis more habent licentiam.
Petere honorem pro flagitio more fit. Ch. morem improbum.
Sta. Strenuos præterire more fit. Ch. neqꝫ id eſt. Sta. mores
Leges perduxerunt iam in poteſtatem ſuam: magis quis ſunt
Obnoxii ꝙ parentes liberis. eæ miſeræ etiam
Ad parietem ſunt fixæ clauis ferreis: vbi malos mores
Adfigi nimio fuerat æquius. Ch. lubet adire atqꝫ
Appellare hunc. verum auſculto perlubens ſed metuo
Si compellabo ne aliam rem occipiat loqui. Sta. neqꝫ
Iſtis quicꝙ lege ſanctunſt. leges mori ſeruiunt: mores autem
Rapere properant: qua ſacrum qua publicum. hercle iſtis malam
Rem magnam moribus dignunſt dari. non ne hoc
Publice animum aduorti? nam id genus hominum hominibus
Vniuerſis eſt aduorſum: atqꝫ omni populo malefacit.
Male fidem ſeruādo: illis quoqꝫ abrogant etiam fidem: qui nihil
Meriti. quippe ex eorum ingenio ingenium horum probant.
Hoc qui in mentem venerit mihi: re ipſa mō commonitus ſum.
Siquis mutuum quid dederit: fit pro proprio perditum.
Quum iam repetas: inimicum amicum beneficio inuenis tuo.
Si mage exigere cupias: duarum rerum exoritur optio
Vel illud quod credideris perdas: vel illum amicum miſeris.
Ch. Meus eſt hic quidē ſtaſimus ſeruus. St. nā ego talētū mutuū
Quod dederam: talento inimicum mihi emi. amicum vendidi.
Sed ego ſum inſipientior qui rebus curem publicis potius ꝙ
Id quod proxumunſt meo tergo. tutelam geram: eo domum.
Ch. Heus tu aſta illico. audi heꝰ tu. St. ñ ſto. Ch. at ego te ſtare volo.
St. Quid ſi egomet te velle nolo. Ch. ha nimium ſtaſime ſęuiter.
St. Emere meliuſt cui imperes. Ch. pol ego emi: atqꝫ argentum
Dedi: ſed ſi non dicto audiens es: quid ago? St. damnum malum.
Ch. Bene mones. ita facere certunſt. St. niſi quidē es obnoxius.
Ch. Si bonus es: obnoxius ſum. ſin ſecus es: faciā vti iubes. St. qd
Id ad me attinet bonis ne ſeruis tu vtare: an malis? Ch. quia
Boni maliqꝫ in ea re pars tibi eſt. St. partem alteram tibi
Permitto. illam alteram ad me quod boni eſt: apponito.

Ch. Si eris meritus ſlet.reſpice ad me.ego ſum charmides.
Sta. Hem quis eſt:qui mētionē facit homo hominis optimi?
Ch. Ipſe homo optimus.Sta.mare.terra.cęlum di veſtram fidē
Satin ego oculis plane video.eſt ne ipſus an non eſt? is eſt.
Certe is eſt.is eſt profecto.o mi here exoptatiſſime ſalue.
Ch. Salue ſtaſime.Sta.ſaluū te.Ch.ſcio & credo tibi. ſed omitto
Alia.hoc mihi reſponde.liberi quid agunt mei quos reliqui hic
Filium atq; filiā?Sta.viuunt.valet nēpe.Ch.vterq;?Sta.vterq;.
Ch. Di me ſaluū & ſuatū volūt.cætera int⁹ ocioſe pcunctabor:
Quæ volo.eamus ītro.ſeqre.Sta.quo tu te agis?Ch.quo nā niſi
Domū.Sta.hiccine nos habitare cēſes?Ch.vbi nā ego alibi cēſeā?
Sta. Iam.Ch.quid iam?Sta.non ſunt noſtræ ædes.Ch.quid
Ego ex te audio?Sta.vēdidit tu⁹ nat⁹ ædis.Ch.pii.Sta.pſentariis
Argēti minis numeratis.Ch.quot? Sta.quadraginta.
Ch. Occidi.qui eas emit?Sta.callicles:cui tuam rē cōmēdaueras.
Is habitatum huc commigrauit:noſq; exturbauit foras.
Ch.vbi nūc fili⁹ me⁹ habitat?St.hic i hoc poſticulo.C.male diſpii.
Sta. Credidi ægre tibi id vbi audiſſes fore.Ch.ego miſer meis
Periculis ſum per maria maxima vectus capitali periculo:
Per prædones plurimos me ſeruaui:ſaluus redii.nunc hic
Diſpii miſer propter eoſdē:quorum cauſa fui hac ætate
Exercitus.adimit animam mihi ægritudo.ſtaſime tene me.
Sta. Vis ne aquam tibi petam?Ch.res quom iam animā agebat:
Tum eſſe offuſam oportuit.

Callicles Charmides ſenes.Staſim⁹ ſeru⁹

QVid hoc hic clamoris audio ante ædis meas?
Ch.O callicles o callicles. qli ne amico mea cōmēdaui bōa?
Cal. Probo & fideli & fido & cum magna fide.& ſalue:
Et ſaluum te aduenisſe gaudeo.Ch.credo omnia iſtęc:ſi itaſt
Vt prædicas.ſed quis iſte eſt tuus ornatus?Cal.ego dicam tibi.
Theſaurum effodiebam intus:dotē filiæ tuę quæ daretur.
Sed intus narrabo tibi & hoc & alia.ſeqre.Ch.ſtaſime.
Sta. Hem.Ch.ſtrenue curre in pireum:atq; vnum curriculum
Face:videbis iam illic nauē:qua aduecti ſumus.
Iubeto ſangarionē quæ imperauerim curare:vt efferantur.
Et tu ito ſimul.ſolutumſt portitori iam portitorium.
Sta. Nihil eſt moræ.Ch.tu ambula:actutū redi.Sta.illic ſum:
Atq; hic ſum.Cal.ſeqre tu me hac intro.Ch.ſequor.
Sta. Hic meo hero amico ſol⁹ firm⁹ reſtitit:neq; demutauit aīum

De firma fide. hic vnus vt ego ſuſpicor: ſeruat fidem:
Quanquam labores multos ob rem eum ego cepiſſe cẽſeo.
Hic homo eſt omniũ hominũ pręcipuus voluptatibus gaudiiſq;
Anteponendus. ita commoda quę cupio eueniunt. quod ago
Adſequitur. ſubeſt. ſubſequitur. ita gaudiis gaudium ſuppetat.

Lyſiteles adoleſcens.

MOdo me ſtaſimus leſbonici ſeruus conuenit. is mihi dixit
Suum herum peregre huc adueniſſe charmidem.
Nunc mihi is propere conueniendus eſt: vt quæ cum eius
Filio egi: ei rei fundus pater ſit potior. eo. ſed fores hæ
Sonitu ſuo mihi moram obiiciunt incommode.

Charmi. Caellicles ſenes. Lyſi. Leſbo. ado.

NEq; fuit: neq; erit: neq; eſſe quenquam hominum interdum
Arbitror: cui fides fidelitaſq; amicum erga æquiper ſuum.
Nam exędificauiſſet me ex ædibus: ſi abſq; te foret.
Cal. Siquid amicum erga benefeci: aut conſului fideliter:
Non videor meruiſſe laudem. culpa caruiſſe arbitror.
Nam bñficium homini proprium quod datur: proprium erit.
Quod datum vtẽdum eſt id repetẽdi copia eſt: quando velis.
Ch. Eſt ita vt tu dicis. ſed ego hoc nequeo mirari ſatis:
Eum ſororẽ deſpondiſſe ſuam in tam fortem familiam
Lyſiteli quidẽ philtonis filio. Ly. enim me nominat.
Ch. Familiam optimam occupauit. Ly. quid ego ceſſo hos
Conloqui? ſed maneam etiam opinor. namq; hoc commodum
Orditur loqui. Ch. vah. Cal. quid eſt? Ch. oblitus intus
Dudum tibi ſum dicere. modo mihi aduenienti nugator
Quidam acceſſit obuiam nimis pergraphicus ſycophanta.
Is mille nummum ſe aurum meo datu tibi ferre: & gnato
Leſbonico aiebat meo: quem ego nec qui eſſet noram: neq;
Eum ante vſquam conſpexi prius. ſed quid rides? Cal. meo
Adlegatu venit: quaſi qui aurum mihi ferret abs te quod darem
Tuę gnatę dotẽ: vt filius tuus quando illi ad me darẽ: eſſe
Allatum id abs te crederet: neu quis rẽ ipſam poſſet intelligere:
Et theſaurum tuum me eſſe penes. atq; eum a me lege populi
Patrium poſceret. Ch. ſcite ædepol. Cal. megaronides
Communis hoc meus & tuus bñuolens commentus eſt.
Ch. qn nũc laudo cõſiliũ: & ꝓbo. L. qd ego iept⁹ dũ ſmonẽ vereor
Interrumpere: ſolus ſto: nec quod conatus ſum agere ago. hoies
Conloquar. Ch. qs hic eſt: qui huc ad nos incedit? L. charmideu

Socerũ ſum lyſiteles ſalutat. Ch. di dent tibi lyſiteles: quæ velis
Cal. Nõ ego ſum ſalute dign?. Ly. imo ſalue callicles. hũc priĉo.
Aequum ſt me habere. tunica propior pallio eſt. Ch. deos
Volo cõſilia vrã recte vortere. filiã meã tibi deſpõſatã eſſe audio.
Ly. Niſi tu ne vis. Ch. immo haud nolo. Ly. ſponden ergo
Tuam gnatam vxorem mihi? Ch. ſpondeo & mille auri
Philippum dotis. Ly. dotem nihil moror. Cal. ſi illa tibi placet:
Placenda dos quoq; eſt: quam dat tibi. Ch. poſtremo quod vis
Nõ duces: niſi illud qđ nõ vis feras. Cal. ius hic orat. L. ĩpetrabit
Te aduocato atq; arbitro. iſtac filiam tuam ſponden mihi
Vxorẽ dari? Ch. ſpondeo. Cal. & ego ſpodeo idẽ hoc.
Ly. O ſaluete adfines mei. Ch. atq; ædepol ſunt res: q̃s pp tibi tñ
Succẽſui. Cal. quid ego feci? Ch. meũ corrũpi quia ppeſſus filium.
Cal. Si id mea voluntate factum ſt: quod mihi ſuccenſeas.
Sed ſine me hoc abs te impetrare quod volo. Ch. quid id eſt?
Cal. Scies. ſi quid ſtulte fecit: vt ea miſſa facias oĩa. quid quaſſas
Caput? Ch. cruciatur cor mihi & metuo. Cal. quidnam id eſt?
Ch. Cum ille ita ſt: vt eſſe nolo: id crucior. metuo ſi id denegem
Quod me oras: ni te leniorẽ erga me putes: non grauabor.
Faciam ita vt vis. Cal. probus es. eo vt illum euocem.
Ch. Miſerũ ſt male pmerita vt merita: ſi m̃ vlciſci nõ lꝫ. Ca. apite
Hoc aperite propere: & leſbonicum ſi domi ſt foras euocare. ita
Subito ſt propere: quod eum conuẽtum volo. Le. quis homo
Tam tumultuoſo ſonitu me exciuit ſubito foras? Cal. bñuolẽs
Tuus atq; amicu ſt. Le. ſatin ſalue dic mihi. Cal. recte tuum
Patrẽ rediiſſe ſaluum peregre gaudeo. Leſ. quis id ait? Cal. ego.
Leſ. Tun vidiſti? Cal. & tute idẽ videas licet. Le. o pater pater mi
Salue. Ch. ſalue multũ gnate mi. Leſ. ſi quid tibi pater laboris?
Ch. Nihil euenit. ne time. bñ re geſta ſaluus redeo. ſi tu modo
Frugi eſſe vis: hęc tibi pacta ſt calliclí filia. Le. ego ducam pater:
Etiam & ſi quam aliam iubebis. Ch. quam quam tibi ſuccenſui.
Cal. Miſeria vna quidẽ homini ſt affatim. Ch. imo huic parum ſt.
Nam ſi pro peccatis cẽtum ducat vxores: parum ſt.
Leſ. At iam poſthac tẽperabo. C. dicis: ſi facies modo.
Cal. Nũc qd cauſę eſt qn vxorẽ cras domũ ducat? Ch. optimũ ſt.
Licet tu in perẽdinum paratus ſis: vt ducas. plaudite.

Argumentum in Plauti Turculentus.

TRes vnam pereunt adulescentes mulierem:
Rure vnus.alter vrbe.peregre tertius,
Vtq; iſta ingenti militem tangat bolo:
Clam ſibi ſuppoſuit clandeſtino æditum.
Vi magna ſeruos eſt ac trucibus moribus.
Lupiæ ne rapiant domini parſimoniam.
Et is tamen mollitur.miles aduenit:
Natiq; cauſa dat propenſa munera.
Tandem compreſſæ pater cognoſcit omnia.
Vtq; natam ducat:qui vitiarat:conuenit.
Suumq; is repetit a meretrice ſubditum.

Prologus.

PErparuam partem poſtulat plautus loci de veſtris magnis
Atq; amœnis mœnib⁹:athenas q̄ ſine architectis cōferat.
Quid nunc daturi eſtis an non?at nunc meliorem
Quidem vobis me allaturum ſine mora.quid ſi de veſtro
Quippiam orem abducere me?hercle in oculis reſident
Mores priſtini:ad negandum vt celeri lingua vtamini.
Sed hoc agamus qua huc ventum'ſt gratia.
Athenis tracto ita.vt hoc eſt proſcenium
Tantiſper dum tranſigimus hanc comœdiam.
Hic habitat mulier:nomen cui eſt phroneſium.
Hæc huius ſeculi mores in ſe poſſidet.
Nunq; ab amatore ſuo poſtulat id quod datum'ſt.
Sed reliq; dat operam:ne ſit reliquum poſcendo: atq; auferendo
Vt mos eſt mulierum.nam omnes id faciunt:cum ſe amari
Intellegunt.ea ſe peperiſſe puerum ſimulat militi.
Quo citius rem ab eo auferat cum puluiſculo.quid multa?
Superem mulierem his:cū anima ad eum habenti euorterit.

Dinarchus adulescens.

NOn omnis ætas ad perdiſcendū ſat eſt.nā antidū id pdiſcat:
Ah quot pereat modis.neq; ea ratione me abſq; ſe vnq;
Educet venus.quam penes amantū ſumma ſummarum redit:
Quot amans exemplis ludificetur: quot modis pereat.
Quotq; exoretur exorabulis.quot illic blandiciç.quot illic
Iracundiç ſunt.quot ſunt perclamanda.di voſtram fidē.ah hui
Quid peierandum eſt.etiam præter munera.primum
Dum mœret animus:præmium ſi obolum'ſt:obeunt tres noctis.
Tutor interea loci aut æra.aut vinum.aut oleum.aut triticum.

Tentat benignus ne an bonæ frugi ſies: quaſi in piſcinam
Rete qui iaculum parat: quando abiit rete peſſum: abducit.
Infra ſin iecit retem: piſcis: ne effugiat cauet: dum huc
Dum illuc rete ore impetit piſcis vſq; adeo dumſoras eduxit.
Itidem eſt amator. ſi id quod oratur dedit: atq; eſt benignus
Potiuſq; frugi bonę: adduntur noctes. interim ille
Hamum vorat. ſi ſemel amoris poculum accepit mere:
Eaq; intra pectus ſe penetrauit potio: extemplo & ipſus
Perit & res: & fides. ſi iratum ſcortum forteſt amatori ſuo:
Bis piit amator: ab re atq; aio ſimul. ſin alter alteri potior ē idē pit.
Si raras noctes ducit: ab animo perit. ſi increpauit: ipſus
Gaudet. res perit. ita & in ædibus lenonis priuſq; vnum
Dederis: centum quæ poſcat parat. aut petit aurū. conſciſſa
Pallula eſt. aut empta ancilla. aut aliquod vaſum argenteum:
Aut vaſum æneum aliquod. aut lectus dapſilis. aut armariola
Græca. aut aliquid ſemper quod pereat: debet amans ſcorto
Suo. atq; hęc celamus nos damna induſtria: cum iam rem
Fidemq;. noſq; noſmet perdimus. neq; parentes: neq;
Cognati ſentiant: quos tum cælamus: ſic facimus conſcios
Qui noſtræ ętati tempeſtiue temperant. vnde ante parta
Demus poſt partoribus. faxim lenonum & ſcortorum minus
Et minus damnoſorum hominum: q̄ nunc ſunt: ſiet.
Nam nunc lenonum & ſcortorum plus eſt fere:
Quam nuſq; alibi. ſic ſunt circum argentarias: q̄ olim
Muſcarum eſt cum caletur maxime. ſcorti lenones
Quaſi ſcatent quotidie. ea nimia eſt ratio: quippe qui certe ſcio
Aeris plus ſcortorum eſſe iam quam ponderum.
Quos quidem quam ad rem dicam in argentariis
Referre. habere. niſi pro tabulis. neſcio vbi hę perſcribantur.
Vſurariā accipiat illico expenſam: neq; cenſeat
Poſtremo id magno in populo. mulier hominibus
Re placida atq; ocioſa victis hoſtibus amare oportet
Omnes qui quod dent habent. nam mihi hæc meretrix
Quæ hic habet phroneſium ſuum nomen: omnem
Ex pectore emouit meo phroneſim. nam phroneſis
Eſt ſapientia. nam me fuiſſe huic fateor ſummum atq; intumum
Quoſt amantis multo peſſumum eſt pecuniæ. eadem poſtquam
Alium repperit qui plus daret damnoſiorem: me exinde
Amouit loco. quē infeſtū ac odioſum ſibi eſſe memorabat mala

Babylonienſem militē.is nunc dicitur venturus peregre.
Eo nunc commenta eſt dolum.peperiſſe ſimulat ſeſe: vt me
Extrudat foras.eum eſſe ſimulant militem puero patrem.
Atq; vt cum ſolo pergræcetur militi:cum iſti ſuppoſitum
Puerum aptant.peſſima mihi verba retur dare ſe:an me cenſuit
Celare ſe poteſſe grauida ſi foret.nam ego lemno aduenio
Athenas nudiuſtertius legatus:hinc quo cum publico
Imperio fui.ſed hæc quibus melius eſt aſtaphium eſt ancillula.
Cum ea quoq; etiam mihi fuit commercium.

Aſtaphium ancilla. Dinarchus idem.

AD fores auſcultato atq; adſerua has ædis:
Nequis aduentor grauior abeat: quam adueniat.
Neu qui manus attulerit ſteriles intro ad nos:
Grauidas foras exportet.noui ego hominum mores.
Ita nunc adoleſcentes morati ſunt:quin et
Vt reapſe neq; veniunt ad ſcorta congerrones.
Conſulta ſunt conſilio:quando intro aduenìunt:
Vnus eorum aliquis oculum amicæ vſq; oggeri:dum illi agant.
Cum vident quempiam ſe adſeruare:obludunt:qui cuſtodem
Oblectent per ioculum & ludum.de noſtro ſæpe edunt quod
Fartores faciunt.fit pol hoc.& pars ſpectatorum ſciſtis:
Hęc vos me hađ mētiri.vbi vſ⁹ pugnę & v̄tuti de p̄donib⁹p̄dā ca-
At nos rurſum lepide referimus gratiam furibus noſtris. (pere.
Nam ipſi vident cum eorum aggerimus bona loculis:
Etiā vltro ipſi gerūt ad nos. Di.me illis qdē hæc verberat verbis:
Nam ego huc dona congeſſi. Aſt.cōmemini.iam pol ego
Viſam ſi domi erit:mecum adducam.Di.heus mane dum
Aſtaphium priuſq;.Aſt.quis reuocat? Di.ſcies reſpice huc.
Aſt. Quis eſt? Di.vobis qui multa bona eſſe vult.
Aſt. Dato ſi eſſe vis. Di.faxo erunt.reſpice
Huc modo. Aſt.io.enicas me miſeram quiſquis es. Di.peſſima
Mane. Aſt.odioſus es.dinarchus ne illic eſt? atq;
Is eſt. Di.huc adeas: niſi moleſtum ſt fer contra manum.& pariter
Gradere. Aſt.tibi ſeruio:atq; audiēs ſum īperii. Di.tute qd agis?
Aſt. Valeo.& validum teneo: peregre quoniam aduenis viuus.
Di.Benigne dicis. aſta tu amabo. Aſt.ſine me ire:q̄ iuſſit. Di.eas.
Sed quid ais? quid vis iſtic quo iter incœptas? quis eſt
Quem arceſſis? Aſt.archiuam obſtetricem. Di.mala fœmina es.
Aſt. Soleo.vna eſt diſciplina. Di.manifeſta mendacii mala

Te teneo. Aſt. quid iam amabo. Di. qa te adducituꝛã huc dixeras
Eum ipm. Aſt. i nũc eapſe mulier rctã ẽ ex viro. D. mala es.
Aſt. Prẹſtigiator. ſed tãde loquere qs is homo? Di. eſt aſtaphium
Vnus amator. Aſt. nimis ocioſum arbitror hominẽ eſſe. Di. quia
Nam arbitrare? Aſt. quia tuo veſtimento & cibo alienis
Rebus curas. Di. vos mihi dediſtis ocioſũ. A. qd iã amabo? D. exp̃e
Rem perdidi. meũ negotiũ abſtuliſtis. ſi rem ſeruaſſem: (dibo.
Fuit vbi negocioſus eſſem. Aſ. an tu te bene rem publicam
Aut amoris alia lege habere poſſe poſtulas: quin tu ocioſus fias?
Di. Illa haud ego habui publicum: peruorſe interpretaris.
Nam aduorſum legẽ amem ob meã ſcripturam pecudẽ accepit
Eraqꝫ. Aſ. idem qđ tu facis: faciunt rem male gerentes. vbi non
Eſt ſcriptura vnde dent: incuſant publicanos. Di. maleuertit
Res pecuaria mihi apud vos. nunc viciſſim volo habere
Aratiunculã ꝓ copia apud vos. Aſt. nõ aruus hic qui arari ſoleat:
Sed paſcuus eſt ager. ſi arationes habiturus:
Ad pueros ire melius eſt. hunc nos habemus publicum: illi alii
Sunt publicani. Di. vtroſqꝫ percognoui probe idem.
Aſt. Iſtoc pol tu ocioſus: cum illic & hic peruorſus es. ſed vtris
Cum rem eſſe mauis? Di. procaciores eſtis vos: ſed illi periurioſi.
Illis perit quicquid datur: neqꝫ ipſis apparet quicq̃.
Vos ſaltem ſiquid quæritis: & bibitis: & comeſtis.
Poſtremo illi ſunt improbi: vos neq̃ & glorioſẹ: maleqꝫ
In nos illi. Aſt. ea omnia tibi dicis dinarche: & noſtram
Et illorum vicem. Di. quid iſtuc? Aſt. rationem dicam. quia qui
Alterum incuſat probri: ipſum ſe intueri oportet.
Tu a nobis ſapiens nil habes: nos neqꝫ abs te habemus.
Di. O aſtaphium haud iſtoc modo ſolita es me ante appellare:
Sed blande cum illuc quod apud vos nũc eſt: apud me haberem.
Aſt. Dum viuit hominem noueris. vbi mortuus eſt: quieſcas.
Te dum viuebas noueram. Di. an me mortuum arbitrare?
Aſt. Qui potis eſt amabo. planius qui antehac amator ſummus
Habitus es: iſtuc ad amicam verius verimonia referre.
Di. Veſtra hercle factum iniuria: quæ ꝓperaueritis olim rapere.
Ocioſe oportuit diu vt eſſem incolumis vobis.
Aſt. Amator ſimilis ẽ oppidi hoſtilis. Di. quo argumẽto ẽ? Aſt. q̃
Primũ expugnari potis ẽ amator: optimũ ẽ ãice. D. & ego fateor
Sed longe aliter eſt amicus atqꝫ amator. certe hercle q̃ veterrimꝰ
Eſt homini optimus amicus. non hercle occiderunt mihi etiam

Fundi & ædis. Aſt. cur obſecro ergo ante oſtiū ꝑ ignoto alienoq;
Aſtas? i intro. haud alienus tu quidē es. nam ecaſtor neminē
Hodie mage amat corde atq; animo ſuo: ſiquidē habes fundum
Atq; ædis. Di. in melle ſunt linguæ ſitę veſtrę atq; orationes.
Corda in felle ſunt ſita atq; acerbo aceto. linguis dicta dulcia
Da tis: corde amare factis amantis: ſiqd nō danūt. At. non didici
Fabulare. Di. nō iſtęc mea benignitas docuit te fabulari. A. ſ; iſtos
Qui cū genis ſuis belligerāt ꝑce ꝑ mi. Di. mala es: atq; eadē quæ
Soles incelebra. Aſt. vt expectatus peregre aduenisti? nā obſecro
Cupiebat te hera videre. Di. quid tandē? Aſt. te vnū ex oīb9 amat.
Di. Euge. funde & ædes per tempus ſubueniſtis mihi. ſed quid ais
aſtaphium? Aſt. quid vis?
Di. Eſt ne itus nūc phroneſiū? Aſt. tibi qdē itus. Di. valet? Aſt. imo
Aedepol melius iam credo fore: vbi te videbit.
Di. Hoc nobis vitium maximū eſt. cum amamus: tunc perimus.
Si illud quod volumus dicitur palam cum mētiuntur:
Verum eſſe inſciti credimus. nę vt in ęſtu mutantur maria.
Aſt. Eia haud ita eſt res. Di. ain ]tute amare? Aſt. imo vnice vnū.
Di. Pepcriſſe eā audiui. Aſt. ha obſecro tace dinarche. Di. qd iā?
Aſt. Horreſco miſera mētio quotiēs fit partionis: ita pene
Tibi fui phroneſium. i intro amabo.
Viſe illam: atq; opperire ibi. iam exibit: nam lauabat.
Di. Quid ais tu? quę nunquam fuit pręgnans: q parere potuit?
Nam eqdem vterum illi: quod ſciam: nūquam extumere ſenſi.
Aſt. Celabat metuebatq; te: ne ſibi perſuaderes vt abortioni
Operam daret: puerumq; lite necaret. tum pol iſti puero quidē
Eſt pater babylonicēſis miles: cuius nunc iſta aductum expetit.
Immo a beo vt nunciatunſt iam hic adfuturum aiunt: cū nondū
Aduenisse minor. Di. ibo igi ītro. Aſt. qppini tam audacter: quam
Domum ad te: nam tu ędepol noſter. ſed iam nunc dinarche
Quam mox te recepiſti? iam hic ero. prope eſt. profecta quo ſum
Di. Redi vero actutum. ego interim te apud vos opperibor.

Aſtaphium ancilla.

HA ha ha hercle quieui: quia introiuit odium. tandē ſola ſum.
Nunc quidē meo arbitratu loquar libere: quę volam
Et quę labebit. huic hominē amanti me hera apud nos dixit
Veniā de bonis: nā fundi ędes obligatę ſunt ob amoris prandiū.
Verū apud hunc me hera conſilia ſumme loqtur libere: magiſq;
Adeo ei conſiliarius hic amicus eſt quam auxiliarius.

Dum fuit dedit: nunc nihil habet. quod habebat nos habemus.
Iſtic id habet: quod nos habuimus. humanum facinus factum eſt.
Actutum fortunę ſolent mutarier. varia vita eſt. nos diuitem
Eũ meminimus: atq; iſthic pauperes nos. vertere ſeſe memoriaſt
Vices ſic. quid ita miretur ſi eget? neceſſe eſt nos patier auita.
Aequum factum eſt. piaculum eſt miſereri nos hominum
Rem malegerentium. bonis eſſe oportet dentibus lenam probã.
Adridere quiſquis veniat: blandeq; alloqui. male corde
Conſultari. bñ loqui. lingua meretrcẽ eſſe ſimilẽ ſentis cõdecet:
Quemquẽ hominẽ attigerit: profecto aut malum aut damnum
Dari. nunquam amatoris meretricẽ oportet cauſam noſcere.
Qui vbi nihil det: pro infrequẽte eum mittas militia domum.
Nec vnquam quiſquam probus erit amator: ni qui rei
Inimicuſt ſuę. nugæ ſunt: niſi quod modo cum dederit:
Dare iam iubeat denuo. is amatur. hic apud nos: qui quod dedit
Iocatur datum. dum habeat: tum amet. vbi nihil habeat:
Alium queſtum cœpiat. æquo animo ipſe ſi nil habeat:
Aliis qui habent det locum. probus eſt amator: qui
Relictis rebus rem perdit ſuam. at nos male agere prædicant
Viri ſolere ſecum: noſq; eſſe auaras. qui ſi nequam
Alienas agimus tandem. nam ecaſtor nunquam ſatis dedit
Suę quiſquam amicæ amator: neq; pol ſatis accepimus.
Neq; vlla ſatis popoſcit. nam quando ſterilis eſt amator
Satis: ſi negat ſe habere quod det ſoli: nec ſatis accipimus.
Satis cum quod det non habet. ſemper datores nouos
Oportet quærere: qui de theſauris integris dona
Danunt. hui vt hic agreſtis eſt adoleſcens: qui hic habet.
Nimis pol mortalis lepidus: nimiſq; probus dator.
Sed is clam patre etiam hanc noctem illac
Per hortum tranſiliuit ad nos. eum volo conuenire.
Sed eſt huic vnus ſeruus violentiſſimus:
Qui vbi quamq; noſtrarum videt prope ædis haſce egrediens:
Item vt de frumento anſeres clamore abſterret: & abigit.
Is item eſt agreſtis. ſed fores quidquid eſt futurum feriam.
Ecquis huic tutelam ianuę gerit? ecquis intus exit?

Statilax ſeruus. Aſtaphium ancilla.

QVis illic eſt qui tam proterue noſtras ædis arietat?
Aſta. Ego. reſpice ad me. St. qd ego? Aſt. nõne ego videor te tibi?
Sta. Quid tibi ad haſce acceſſio eſt ædis prope: aut pultatioſt?

Aſt. Salue. Sta. ſatis eſt mihi tuę ſalutis nihil moror. non ſalueo.
Aegrotare malim: quam eſſe tua in ſalute ſanior.
At volo ſcire quid debetur hic tibi noſtrę domi? Aſt. comprime.
Sta. Spero meam quidē hercle: tu quem ſolitas comprimas.
Imprudens perridiculum vt ruſtico ſuadet ſtuprum.
Aſt. Irā dixi. Sta. vt eſſe cepiſti fidē: ſi eſt vna altera. Aſt. nimis hic
Quidē truculentus. Sta. pergin male loqui mulier mihi?
Aſt. Quid tibi ego aūt dico? Sta. quia eni me truculētū nomīas.
Nunc adeo niſi abis actutum: aut dicis quid quęras: ſcito:
Iam hercle ego hic te mulier: quaſi ſus catulos pedibus
Protercam. Aſt. rus merum hic quidē eſt pudendum: & vero
Grurinum pecus. Sta. aduenisti huc ſubtētatū exornatis oſſib⁹:
Quia tibi inſuaſo infeciſti propudioſa palullam. an eo
Bella es quia cepiſti arma? aduenias. nunc places:
Cum me illi velim mentiri. dices quid quod te rogo
Mancupium: qui accipias geſta tecum. hæ nos non vos
Dignos docent. latunię hic ſunt: quas aues victorias.
Aſt. Ne attingas me. Sta. tangam? ita me amabit ſarculum
Vt ego me ruri iam examauerim patulum moueri
Quinque ita noctē in ſtramētis pernoctare perpetem
Quam tuas centum cœnatus noctes mihi dono pati.
Rus tu improbas: vt nacta es hominē. quem pudeat probri.
Sed quid apud noſtras negocii mulier eſt ædis tibi?
Quid tu hoc occuras in vrbē: quotienſcunq; aduenimus?
Aſt. Mulieres conuenire volo voſtras. Sta. quas tu mulieres
Mihi narras? vbi muſca nulla fœmina eſt in ædibus: nulla iſtinc
Mulier habitat: rus inquam abierūt. abi. Aſt. quid clamas inſane?
Sta. Abire hinc in propere gandigras: iam ego iſtos fictos
Compoſitos. criſpos cinnos tuos vnguentatos vſq; ex cerebro:
Expellā. Aſt. quanā gratia? Sta. qa adeo fores nr̄as iunctas audes
Accedere: quiacq; iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habes.
Aſt. Erubui mecaſtor miſera ꝑpt clamorē tuū. S. ita ne erubuiſti?
Quaſi vero corpori reliqris tuo ꝑtatē coloris vlli capiēdi mala
Buccas rubricata om̄e corpus ītinxti tibi. peſſumę eſtis. Aſt. qdē
Quod vobis peſſumę hęc? Sta. ſcio ego plus q̄ me arbitraris ſcir.
Aſt. Quid id ē obſero qđ ſcias? Sta. herilis nr̄ fili⁹ apud voſtrā p:t
Vt peraſtute eū iniſciatis in malam fraudem: & præmium
Sanus ſi videar edicam. Aſt. dicis contumeliam. nemo hominum
Hic perire ſolet. apud nos res perdunt ſuas: vbi perdiderunt

Res:abire hinc ſi volunt vti ius licet:¦ego non noui aduleſcentem
Veſtrum.Sta.veron?Aſt.ſerio.Sta.quid maceria illa ait in horto
Quæ eſt?quę in noctes ſingulas latere fit minor:qua is ad vos
Damni permenſus viam eſt?Aſt.nō mirū:vetꝰ eſt maceria:lateres
Si veteres ruunt.Sta.ain tu male lateres veteres ruere?nunquam
Aedepol mihi quiſquā hō mortalis poſthac duaꝝ rerū creduit:
Ni ego veſtra hero amara facta denarrauero.Aſt.eſt ne ille
Violentus?Sta.ſuam non enim ille meretriculis muniendis rem
Cogit:verum parſimoniæ duritiæ æque:quę nunc duo ſciam
Exportantur peſſum.hem tuos exungula.male viuitis.
Ego ne hic muſitem.iam enim eccere ibo ad forum: atqꝫ hęc
Facta narrabo ſeni:neqꝫ q iſtuc ſcire geſtit.A.ergo coget exanimē
Mori.ſi ecaſtor hic homo ſinapi victitet: non cēſeam tameſſe
Triſtē poſſe.Sta.at pol ero bn̄uolens vti eſtis vos.Aſt.verū ego
Illum:quaquam violentuſt:ſpero immutari poſſe blandimētis
Ornamētis cæteris meretriciis.vidi ecqdē iumētū ex idomito do-
Fieri atqꝫ alias beluas:nūc ad herā ire iubeo.eccū odiū (mitū
Progreditur meū.triſtis exit.auet cōuenire etiā hic dū phroneſiū.

Dinarchus.Aſtaphium ¦ancilla.

PIſcis ego credo qui vſqꝫ dū viuont lauant:minus diu
Lauare:qꝫ hæc lauat phroneſiū.ſi proinde amentur
Mulieres diu qꝫ lauant:omnes amatores balneatores ſient.
Aſt. Non qs parū pdurari opperirier.Di.qn hercle laſſus iam ſū
Durādo miſ.A.mihi qqꝫ p̄ laſſitudīe opꝰ eſt lauare.Di.ſꝫ obſecro
Hercle aſtaphiū intra.ac nūcia me adeſſe:cui properet ſuauiū
Vt ſatis lauerit.Aſt.licet.Di.audin etiam?Aſt.qd vis?Di.di me
Perdūt:qui te reuocaui.non tibi dicebam.i modo.Aſt.qd iam
Reuocabas?Di.īprobꝰ nihiliqꝫ hō: q tibi mille paſſus pepi moræ.
Sed qd hæc hic aūt tādiu ante ędis ſtetit?neſcio quē pręſtolata eſt:
Credo militē illū ſtudent. iam quaſi vulturii triduo prius
Prędiuinant:quo die eſuri ſient.illū inhiant omnes.illi eſt
Animus omnibꝰ.me nihilo magis reſpiciet:vbi is huc venerit:
Quam ſi hinc ducētos annos fuerim mortuꝰ.verū fuire ſuaue ē.
Ve miſero mihi.poſt actum plector: quia ante partū perdidi.
Verū nūc ſi qua mihi obtigerit hereditas magna atqꝫ luculēta.
Nūc poſtqꝫ ſcio dulce:atqꝫ amarū quid ſit ex pecunia:ita ego illā
Aedepol ſeruē itaqꝫ parce victitē:vt nulla faxim cis dies
Paucos ſiet.ego iſtos:qui nūc me culpant:confutauero.
Sed adſentio aperiri fores: q̄ abſorbēt quicqd venit ītra peſſulos.

Phroneſium. Dinarchus.

DVm tibi nam amabo ianua eſt mordax mea: quo introire
Metuas mea voluptas? Di. feruide vt tota floret. vt oleum
Nitide nitet. Phro. qui tam īfacetus lemno aduenienſ? quid ve
Non des amicę dinarche ſuauium? Di. vah: vapulo hercle
Ego nunc. Phro. atq; adeo male quo te auortiſti? Di. ſalue
Phroneſium. Phro. ſalue. hic ne hodie cœnas: ſaluus cū aduenis?
Di. promi iube. cœnabo vbi tu iuſſeris. Phr. hoc me libēte facies.
Di. Aedepol me magis. nēpe tu eris hodie mecū mea phroneſiū.
Phr. Velim ſi fieri poſſit. Di. cedo ſoleas mihi. properate: afferte
Mēſam amabo. Ph. ſanun es? Di. nō ædepol bibere poſſum iam:
Ita animo maleſt. Phro. mane. aliquid fiet cibi. Di. ſparſiſti
Aquam. iam rediit animus. deme ſoleas. cedo vinum.
Phro. Idē es ecaſtor qui ſoles. ſed dicas mihi bene nā ambulaſti?
Di. Huc quidem hercle bene: quando tui videndi eſt
Copia. Ph. complectere libens. Di. at hoc eſt melle dulci dulcius.
Hoc tuis fortunis iupiter pręſtant meę.
Da nunc ſuauium. Phr. imo vel decē. vtinam iſtoc pauper eſſem.
Di. Plus pollicere: quam ego a te poſtulo. vtinam a principio
Rei itē parſiſſem meę: vt nunc reparcis ſuauiis. Phr. ſiquid tibi
Compēdi facere poſſim faciam. Di. ædepol velim iam auertiſſe
Iam pol mihi quidē atq; oculis meis. Ph. nū tibi ſordere videor?
Di. Non mihi quidē. verum tempeſtas memini quondam fuit:
Cum inter nos ſorderemus alteri. ſed quod ego facinus audiui
Aduenięs tuum: quod tu hic abſente me noui negocii geſſeris?
Phr. Cunq; bñ præueniſti: ſane gaudeo. tibi mea conſilia ſūma
Semper credidi equidē: nec peperi puerum: nec prægnans
Fui: verum adſimulaui me eſſe prægnantem: haud eram.
Di. Qua propter mea vita? Ph. propter militē babylonienſem:
Qui quaſi vxorē ſibi me habebat anno vno: dum hic fuit.
Di. Ego ſenſerā. ſed qd iſtuc. cui rei itē adſimulare rettulit? Phr. vt
Eſſet aliquid anſę & redimiculum: reuorſionē vt ad me faceret.
Denuo nunc huc remiſit nuper ad me epiſtulam: ſeſe experturū
Quanti ſeſe pēdere: ſiqd peperiſſem educarē tollerē bona ſua me
Habiturū oīa eſſe. Di. auſculto libēs. quid deniq; agitis? Ph. mater
Ancillas iubet: quoniam iam decimus menſis aduentat prope:
Aliam aliorſum ire pręmandare & quęrere puerum aut
Puellam: qui ſupponantur mihi. qd multa verba faciam? tonſtricē
Syram nouiſti noſtram: quæ erga ædem ſeſe habet. Di. noui.

Ph.Hęc vna opa circumit p familias:puerq̃ veſtigat:clãculũ ad me
Detulit:datum ſibi eſſe dixit mercis malæ eum.Di.nunc non illa
Peperit:q̃ peperit prior:ſed poſterior.Ph.ordine oẽm rẽ tenes.
